

D. D. B. V.
DISSE^TRAT^IO JURIDICA
DE
TESTAMENTO
PRINCIPI VEL JUDICI
OBLATO,

Quam
ANNUENTE DEO O. M.

Rectore Academiæ Magnificentissimo
SERENISSIMO PRINCIPÆ AC DOMINO,
DN. FRIDERICO WILHELMO,
REGNI BORVSSICI, ELECTORATVS ET PROVIN-
CIARVM BRANDENBVRG. HEREDE
&c. &c.

In Academia Regia Fridericiana
PRÆSIDE
DN. SAM. STRYKIO, JC^{to},
SERENISSIMI AC POTENTISSIMI REGIS BORVSSORVM
CONSILIARIO INTIMO, PROFESSORE PRIMARIO, ET
FACVLT. JVRIDICÆ ORDINARIO,
PATRONO SVO ÆTERNVM
COLEND^O,

IN AUDITORIO MAJORI,
D. Sept. Anno O. R. cl^o Icc II.
placida publicaque ventilationi subjicit
JO. FRIDERICVS BASTINELLERVS,
HATT. MAGD.

Literis Orphanotrophii.



§. I.



Vantis litibus occasionem præbeat testamentorum materies, ob scrupulosas illas solennitates in illicis condendis observandas, vulgo notum est; unde æquum censuit Imperator nimias testamentorum subtilitates quibusdam remittere, quod in rusticis factum *L. fin. C. de Testam. & in militibus t. t. ff. § C. de Testam. milit.* quod pari facilitate omnibus in universum civibus indulgere potuisset Imp. Certe non vana est querela Argentræ in Comment. ad Consuet. Britann. tit. 23. quando dicit, *Miseros illos esse appellandos, quibus negotiosas illas solennitates, acuminosa nempe luxuriantis Reipublice inventa, immensas & fine ordine congestas formas nondum rejicere licuit.* Interim non desunt remedia, quibus & aliis personis scrupulosam solennitatum observantiam evitare licet, si scilicet ultimam suam voluntatem Principi, aut judici offerant, eandemque apud acta recondi petant, non quod hæc testamenta solennia non sint, sed quod omnem aliam solennitatem superent. Ita enim Impp. Honorius & Theodosius Constitutionem suam in *L. Omnium. 19. C. de Testam.* ordinuntur: *Omnium testamentorum solennitatem superare videtur, quod insertum est mera fide precibus inter-*

*Nimia testa-
mentorum
scrupulositas
amputanda.*

*Factum hoc im
testamento
oblatio.*

tot nobiles probatasque personas etiam conscientiam principis tenet. Sicut ergo securus erit, qui actis cuiuscunque Judicis, aut municipum, aut auribus privatorum mentis sua postremum publicavit judicium: ita nec de ejus unquam successione tractabitur, qui nobis mediis & toto jure (quod in nostris scriniis est constitutum) teste succedit.

*Quid in hoc
testamento at-
tendendum?*

§. II. Cum autem varia momenta occurrant, quæ in hoc testamento publico, sive Principi sive judici oblato attendenda sint, ne postea desuper lites exoriantur, inde pro instituti ratione hic tangenda sunt illa, quæ testatori observanda sunt circa testamenti insinuationem: Ubi primo de testamento Principi oblato, post de testamento Judici vel actis insinuato agendum erit. Utrobique primum de persona cui insinuatio facienda, post de modo insinuandi, & demum de testamenti hujus revocatione.

*An in solo Imp.
procedat dispo-
sitio Legis?*

§. III. Personam Principis quod attinet, de Imperatore textum in L. 19. C. de Testam. loqui in confessio est, sed usu juris publici Principibus & Statibus Imp. nostri pariter testamenta insinuari posse expeditum esse credo, postquam vi superioritatis territorialis eadem jura in suis territoriis exercent, quæ Imperator in Imperio. Unde frustra ad Germaniam nostram trahuntur asserta Dd. exterorum, qui inter requisita hujus testamenti exigunt, ut sit summo Principi exhibitum, Francisc. Barry Tr. de Success. Lib. 1. Tit. 2. n. 2. Vasqv. de Success. Creat. lib. 3. §. 26. eapropter, quod jura ac reservata summi Principis ad alios inferiores non debeant trahi, Molinæus ad Consuetud. Parisiens. tit. 1. §. 3. gl. 4. n. 16. Notior enim auctoritas Principum Germaniæ est, quam ut exterorum placito revocari & imminui debeat. Vid.

Instr.

*Pertinet etiam
ad Principes
Imp.*

1576.

PRINCIPI VEL JUDICI OBLATO.

8

Instr. Pac. Artic. 8. §. Gaudient. 2. Hinc testamenta ipsis de cetero legitime insinuata, sine dubio subsistunt.
Dauth. de testam. Rubric. de Testib. testament. n. 24. seqq. Tabor de Testam. Princip. vel Comit. Imper. oblat. c. 8. §. 12.

§. IV. An pariter Augustae vel Imperatrici testamentum insinuasse sufficiat, dubitatur? Videtur hoc affirmandum esse, quia Imperatrix per modum cuiusdam communionis, Principis mariti sui juribus fruitur, ejusque dignitatibus coruscat, arg. *L. Princeps 31. ff. de LL. L. fiscus 6. §. 1. ff. de jure fisc. Myler ab Ehrenbach de Stat. Imp. p. 1. c. 20. n. 9.* Sententiam quoq; hanc communem esse, testantur Barry *lib. 1. de success. tit. 2. n. 2.* Conf. & Carpz. *de L. Regia cap. 11. secl. 11.* Verum uti hoc admitti potest in illo casu, si Augusta ipsa testamentum conscribat, quod tunc jure & privilegiis mariti Principis gaudeat; ita ad præsentem casum hoc non applicandum. Nam in *L. 19. C. de testam.* dicitur, quod insinuatio testamenti Imperatori fieri debeat. Nec quadrat ratio dictæ legis ad Augustam, nam ideo insinuatio & oblatio talismodi testamenti Principi facta sustinetur, quia est actus publicus coram Principe gestus, qui omnia jura, per verba legis, in scrinio constituta habet, sive qui reliquas solennitates præsentia sua supplere potest. Hinc illa potestas pertinet ad ipsum exercitium summæ potestatis, quæ non cadit in Augustam aut aliam Principem. Interim cum Augusta solum Archi-Cancellarium habeat, scil. Abbatem Fulensem, cui haec dignitas quasi connata est, qua de re pluribus videatur Bernhard à Mallincrot *Tr. de Archi-Cancellar. Imper. cap. ult.* non dubitandum videbatur, ipsi testamentum insinuari posse. Attamen cum hic titulus functionem actualem conjun-

*An Auguste
testamentum
insinuari pos-
sit?*

*De Archi. Can-
cellario; Augus-
tæ.*

A 3

ctam

etiam non habeat; nec speciali Cancellaria aut Archivo hodie gaudeat Augusta, teste Dn. Fritschio, *Tr. de Augusta Rom. Imperatrice c. 5. n. 9.* frustranea videtur quæstio, de testamenti insinuatione. Licet hoc extra dubium esse censem, si Imperatrici insinuetur testamentum in illa Civitate aut præfectura, ubi jurisdictione gaudet, & petatur, ut ad Acta illius judicii reponatur, hoc pariter subsistere, quam si apud alium judicem insinuatum sit. Idem juris erit in Principum Imperii uxoribus, si ipsis testamenta insinuanda sint.

*Quid si Augusta
in illo loco ju-
risdictione gau-
deat?*

*De Principum
uxoribus.*

*An possit insi-
nuatio fieri co-
ram Consilia-
riis?*

§. V. Sed quid si non ipsi Principi, sed ejus Consiliariis insinuetur testamentum, an satis caute agat testator, dubitari poterat. Non quæro autem de casu, si forte decumbens testator Principem imploraverit, ut quosdam ex Consiliariis ad se mittat, quibus insinuetur testamentum: Hi enim cum à Principe misi sint, eadem autoritate in recipiendo testamento gaudebunt, qua ipse Princeps, propter speciale mandatum, quo ad hoc negotium instructi sunt. Unde ne quidem opus erit, ut Consiliarios ableget, sed sufficit, si duos ex Secretariis ad ædes testatoris mittat, quo hi testamentum recipient & Principis archivio inserant, teste Brunnum, *ad Wessenbec. tit. de testam. q. u. in fin.* Dn. Struv, *ad Anton. Matthei de success. cap. 2. tb. 23.* Alia vero quæstio est, an si quis absente Principe consilio ejus intimo etiam in ipso confessu testamentum insinuet, & petat, ut archivio inseratur. Ubi iterum distinguo, an Princeps abiturus Collegio Consiliariorum partes suas commiserit, expediendi illa, quæ regimen provinciæ ordinarium respiciunt, qui ea propter appellari solent Stadthalrende Geheime Räthe/ de quibus non dubito ad-

1658

adserere, quod pari auctoritate testamentum recipere possint, qua ipse Princeps, ob rationem superius datum. An vero Princeps animi gratia paulisper ab aula discesserit, & interea consilio eius intimo testamentum insinuetur; quod subsistere non credo, nec enim commissionem Principis pro se habet, nec ordinaria jurisdictione instructum est hoc Consilium. Aliud dicendum, si Testamentum non consilio intimo, sed Dicasterio ordinario, aut Cameræ Justitiae insinuatum sit: Hic enim cum Jurisdictione ordinaria exerceatur, & coram quovis judicio Testamentum offerri posit, nullum est dubium, etiam coram hoc supremo judicio subsistere Testamenti insinuationem. Verum hoc non referendum erit ad Testamentum Principi, sed Judici oblatum: Hinc Praeses talis Dicasterii hoc solus non recipiet, nisi vel aliquem ex Assessorebus, vel Secretarium praesente habeat. Ex quo ulterius inferre licebit, coram CAMERA DOMANIORUM Testamentum insinuari non posse, quia illa quæ Jurisdictionis sunt, ad hanc non pertinent. Coram JUDICIO VENATORIO autem sive Cancellaria Forestali facilius admitti posset Testamenti oblatio, praesertim in illis locis, ubi haec Cancellaria plane separata est, ab aliis aulae judiciis, & Praeside, Consiliariis & Secretariis gaudet. Verum cum hujus & similius casuum decisio dependeat ex illa quaestione, An coram Judge, ad certas causas restrictam judicandi potestatem habente, insinuatio fieri poscit, inferius ubi de testamento judici oblato agendum, hac de re dicendi occasio erit.

§. VI. Quæ jam dicta, applicari possunt summis Imperii tribunalibus: Quamvis enim judicio Imp. auli-

*De insinuatione
Dicasterio fac
tua.*

*De Camera
Domaniorum.*

*De Cancellaria
forestali.*

*De Testamento
quod Judicio
aulico insinu
atur.*

CO MUR.

co in specie adscribatur facultas confirmandi testamen-
ta, Uffenbach *de Judicio Imp. Aulico*, c. II. n. 10, pag. 137. & ipsi
etiam denegari nequeat facultas recipiendi testamen-
ta à testatoribus oblata; attamen posterius hoc tantum
fit vi jurisdictionis ordinariæ, quæ ipsi competit; non
vero, quod idem sit coram hoc judicio testamentum
insinuasse, vel Imperatori obtulisse. Nec obest, quod
omnia Imperatoris nomine hic expediantur: Respon-
deo, non tamen illa huc pertinent, quæ jura nostra ex
ipsa Imperatoris persona sustinent, ubi ejus præsentia
in specie exigunt, sicuti exigitur in testamento insi-
nuatione L. 19. C. de *Testam.*

*De Camera
Imperiali.*

*De Confirma-
tione testamen-
ti.*

§. VII. De Camera Imperiali idem dicendum
est, quod testamenta oblata recipere possit vi Jurisdi-
ctionis ordinariæ, quam per Imperium habet; quod e-
nim inferioribus judiciis indulsum, ut testamenta il-
lorum actis insinuata autoritate plena gaudeant d. l. 19. C.
de Testam. cur hoc Cameræ Imperiali denegandum? cuius
acta eo majoris fidei sunt, cum Imperatoris & omnium
Imp. & Statuum auctoritate hoc judicium sit constitu-
tum, & cum judicio aulico concurrente potestate gau-
deat Schweder *de Jur. Publ. Part. Spec. Sect. I. c. 12. §. 7.* Antea
tamen quia judicio aulico speciatim adscripta potestas
testamenta confirmandi; observandum est, hanc con-
firmationē ab insinuatione omnino differe, quia suppo-
nit defectum aliquem circa materiam testamenti, quæ
à solo testatoris arbitrio non dependet, sed consensu
Imperatoris ad sui subsistentiam opus habet. e. g. si Prin-
ceps testamento primogenituram inducere, vel alias
inæqualiter de feudo Imp. disponere vellet; tali casu
non à Camera Imp. sed à judicio aulico, sive quod hoc
casu

PRINCIPI VEB JUDICI QBLATO.

2

casu idem est, ab Imperatore petenda confirmatio. Judicium enim aulicum non confirmat, sed cognoscit, an confirmatio concedenda; quare si non injustam deprehenderit ad Imperatorem resert, & ejus nomine confirmatio expeditur. Ut ut enim Camera cum judicio aulico concurrentem jurisdictionem habeat, vid. Reichs H. O. Tit. 2. §. So wollen wir auch. Instr. Pac. art. 20. vers. E contra. Excipiuntur tamen illæ causæ, quæ Imperatori reservatae, in quibus Camera non concurredit vid. Dn. ab Andler in Jurisprud. publ. Lib. 2. tit. 3. de Judicis n. 37. Edit. noviss. quarum numero in specie adscripturantur causæ feudorum majorum, si de his judicandum aut aliter disponendum. Ord. Cam. Part. 2. tit. 7.

§. VIII. Varia harum confirmationum exempla adduci possent, si operæ pretium foret; plerumque tamen illæ adhibitæ, ubi facultas disponendi circa certa testamenti puncta in dubium vocari poterat. Sic cum Johannes Georgius I. Elector Saxonie gloriose memorie, testamento suo anno 1652. condito de variis bonis partim ad Electoratum pertinentibus, partim etiam de Episcopatibus ad domum Saxoniam jure perpetuae postulationis spectantibus, partim vero noviter acquisitis & à Regno Bohemiae in feudum acceptis inter liberos disponendum censeret, Imperatoris confirmationem sequenti tenore impetravit: *Exempla testarum conformatarum*

Wir Ferdinand der Dritte/Erwehlster Römischer Kaiser &c. &c. bekennen öffentlich mit diesem Brief/ und thun kund aller- männlich/Nach dem Uns der Durchlauchtige Hoch- gebohrne Johann Georg/ Herzog zu Sachsen &c. &c. Unser lieber Oheimb und Thurfürst / gehorsamlich zu erkennen gegeben/das Ihre Liebden wegen Ihres zu-

B
neh-

nehmenden Alters und allerhand besorglicher Zufälle/
insonderheit aber/damit heut oder morgen nach Ihrem
seligen Abschied (welcher allein in des Allerhöchsten
heiligen Willen beruhet) unter dero freundlichen lieben
Söhne Liebd. Liebd. Liebd. alle Mizverständniss
vermieden/und friedhäßigen Leuten bei zeiten begegnet
werde/eine Väterliche Disposition und Abtheilung/wie
es mit Ihrem Churfürstenthum/Land und Leuten
und sonstien gehalten werden solle/und wie es Ihre Lieb-
den in Väterlichen Treuen jedwebern Ihrer Söhne
am znträglichsten ermessen/nach Ihren besten Wissen
und Willen der Billigkeit gemäß/am zwanzigsten Julii
alten Calenders dieses ablaufenden Sechszenhundert
zwen und funffzigsten Jahres/wohlbedächtlich aufgese-
het/versiegelt und bengleget; Und obwohl Ihre Liebden
der Väterlichen gewissen Zuversicht leben/vorbemeldter
dero Söhne L. L. L. Liebden werden solchen Ihren Vä-
terlichen letzten Willen gehorsamlich nachkommen/und
Ihre wohlgemeinte Sorgfalt und zu Ihnen allerseits
tragende gute affection daraus erkennen/So hätten
Sie doch Ihrer Schuldigkeit zu seyn erachtet/Uns sol-
ches zu dem Ende zu hinterbringen/und gebührend zu
ersuchen/das Wir nicht allein Unsern Consens zu be-
ruhiter ihrer Väterlichen Disposition ertheilen / und
dieselbe aus Kays. Macht und Gewalt confirmiren/rat-
ificiren und bestätigen/sondern auch in künftigen Zei-
ten/wann Sie eröffnet wird/aus beharrlicher Freunds-
Oheimblicher Huld und affection darüber halten/und
die Execution übernehmen wolten. Wann Wir nun
gnädiglich angeschen/wahr genommen und betrachtet
diese Ihrer Liebden zu Erhaltung Fried und Einig-
keit

1542.

keit zwischen dero Söhne Liebd. Liebd. Liebd. führ-
ende ganz rühmliche und in der selbstdredenden Billig-
keit gegründete intention, auch die hochnütz - und er-
sprießliche Dienste und Freundschaft welche Uns und
Unsern Vorfahren am Reich so wohl / als an Unsern
Erz - Haus Ihre Liebden und dero Vorfordern in viel
Wege erzeigt und bewiesen / So haben Wir demnach
mit wohlbedacht Muth / gutem Rath und rechten
Wissen nicht allein Unsern Consens zu obbemeldter
Ihrer Väterlichen Disposition ertheilet / und dieselbe
aus Kayserlicher Macht und Gewalt gnädigst confir-
mitet / ratificiret und bestätigeret / (allermassen Wir sel-
che hiermit in besser Form freund - gnädiglich confir-
miren / ratificiren und bestätigen) Sondern wollen
auch ins künftige wenn Sie eröffnet wird / von tra-
genden Kayserlichen Amts wegen daran seyn / und da-
rob festiglich halten / daß mehrverührte Ihrer Liebden
Väterliche Disposition alles ihres Innhalts exequiret
und vollzogen werden soll / Jedoch Uns / dem Heiligen
Reich / auch Unserm Erz - Hause und männiglich an
seinen Rechten ohne Nachtheil und Schaden. Uhr-
kündig ic. Prag den 20. Novembris Anno 1652.

S. IX. Observandum autem hic pro cautela, ut si *Confirmatio à*
Elio testatore
petenda.
Princeps testator testamento suo necessariam credide-
rit confirmationem Imperatoriam, ejus petitionem
non differat post mortem, sed viyus adhuc petat; si e-
nim testamentum tale quid contineat, quod sine Im-
peratoris approbatione vel confirmatione subsistere
nequit, bona illa in momento mortis ad proximos A-
gnatos ab intestato devoluta censemuntur; quippe in
quo puncto testamentum mortis tempore effectum

B. 2 habe-

*Confirmatio
quandoque exi-
git probiam
caussæ cogni-
tionem.*

habere nequit, in eo vires recipere ex postfacto non potest, quia alioqui proximis agnatis jus ab intestato quæsumum interverteretur: Cui accedit, quod confirmatio vel expressam vel tacitam clausulam in se habebat: *Salvo jure tertii; Hinc quamvis vivo etiam testatore detatur confirmatio testamenti, si tamen appareat, præjudicium alicujus in illa dispositione verti, non solet iudicium aulicum facile testamenti confirmationem decernere, nisi caussæ cognitionem quandam præmisserit.* Hoc fine, cum Johannes Georgius Dux Saxo - Isenensis Anno 1683. Mens. Jan. testamentum suum Imperatoriae Majestati transmitteret, ut super Jure primogeniturae in eodem testamento noviter introducto, confirmationem impertiretur, illa autem dispositio filiis ultragenitis quoad legitimam præjudicium inferre videatur, ita decretum est d. 9. Jan. in judicio aulico: *Fiat Commisso auf Herrn A L B R E C H T E N Herzogen zu Sachsen Coburg und Herrn H E I M R I C H E N Herzogen zu Sachsen Romhild mit dem Beduten/ daß Sie über die Minderjährige Fürsten/ Herrn J O H A N N G E O R G E N und Herrn W H A M B U R G E L M E N, Herzogen zu Sachsen-Eisenach das Curatorium ad negotiorum primogeniturae und assistentia übernehmen/ in puncto juris primogeniturae von Ihnen ein zu Recht beständigen Consens producieren/ und Thro Kaiserlichen Majestät förderlichst berichten wolten/ ob Sie sub juramento (welches dero Anwald eorum nomine abzustatten hat) dafür hielten/ daß die Ihnen von Eisenach aus communicierende primogenitur den beeden nachgebohrnen Fürsten unschädlich seye/ der gestalt/ daß Sie an Ihrer Legitima, Unterhalt und Gerechtsam nicht zu viel verkürzet werden.* §.X.

§. X. Exemplum autem confirmationis testamenti in aula Cæsarea post mortem impetratae paucis ab hinc annis contigit in Domo Merseburgensi, cum decederet Christianus postulatus Administrator illius Episcopatus, & paucis ante mortem horis testamentum condiceret inter liberos, ac in eodem certos tutores filio seniori constitueret, testamentum hoc mox post mortem ad Cæsarem missum, ejusque Confirmatio impetrata, quam ea propter, quod post mortem demum obtenta invalidam non fuisse censeo: Respiciebat enim solam tutelæ confirmationem, quam si dubium sit, an vi testamenti subsistere possit, post mortem concedi posse, expeditum jure nostro est, per tot. tit. ff. de Confermandator. Add. Reform. Polit. de Anno 1577. Tit. 32.

§. XI. De Vicariis Imperii idem dubium moveri posset, an eadem auctoritate, qua Imperator, durante vicariatu recipere possint testamenta? Dubitandis ratio inde nascitur, quod tempore vicariatus claudatur Judicium aulicum & Imperii Archivum, & sic deficiat locus, ubi Imperii nomine recondi possit tale testamentum. Sed salva res est; nam unusquisque vicariorum negotia ad vicariatum pertinentia in aula sua expedit, & hinc speciale Archivum hoc nomine constitutum habet: Quicquid ergo Imperator vel ipse vel per Judicium aulicum expedire solet, hoc expediunt Vicarii in sua aula, Schweder. de Jure Publ. part. special. sect. i. cap. 33. n. 7. Hermes de Jur. Publ. cap. 20. qu. 7. inde dubium non remanet, quin testamenta parijure, quo ipse Imperator, recipere possint. Quamvis haec controversia fere otiosa sit, habent enim Vicarii proprio jure facultatem recipiendi testamenta, qua Electores sunt, & superioritate

An Vicariis
Imp. possit te-
stamentum in-
sinuari?

Openditur;
questionem es-
se otiosam.

territoriali gaudent, ut hinc necessarium non sit, coram i-
psis, ut Vicariis, testamentum insinuari. vid. *supr.* §. III.
Si dixeris: Testamentum forte offerri ab alio Imperii
Electore vel Statu: Respondeo, hoc nihil referre;
postea enim demonstrabitur, testamenti insinuationem
esse jurisdictionis voluntariae, & hinc parem coram pa-
ri, vel superiore coram inferiori hoc insinuare posse.

*An confirmatio
testamenti a
Vicariis peti
posset.*

Quodsi autem testamentum confirmatione Imperatoris
opus haberet, alia quæstio esset, an hanc indulgere pos-
set Vicarius. Decisio quæstionis ex eo dependet, quid
juris sit Vicariis circa feuda Imperii durante inter regno,
quod hic excutere prolixum forer, videri hac de re po-
terunt Carpzov. de leg. Reg. German. c. II. Sect. 15. n. 9.
Limneus de Jur. Publ. lib. 3. c. 12. n. 52. Dn. Struv. Syntag.
Jur. Feud. c. 16. aphor. 5. n. 4. Quod si vero testamenti
confirmatio tantum peteretur ratione tutorum in illo
denominatorum, non dubito hanc a Vicariis sine con-
troversia peti posse.

*An sufficiat ob-
lato soli Prin-
cipi facta?*

§. XII. Jam porro videndum, an sufficiat soli
Principi, quem quis in Conclavio constitutum adit.,
Testamentum obtulisse? si ille hoc a me recipiat, & po-
stea hoc per aliquem ex Secretariis aut Cubiculariis ad
Archivum mittat, ut ibi reponatur? Non quidem de-
sunt, qui soli Imperatori aut Principi hac in re fidem ha-
beri negant, partim quod unico testi non credatur, et
iamsi Princeps sit, Cap. 19. X. de Probat. cap. 28. X. de te-
stib. partim vero quod textus in L. 19. C. de testim. expre-
sse supponat casum, ubi tot nobiles probatæque personæ
præsentes fuerunt. Verum abunde notum est, verba
LL. dispositiva, non enunciativa vel incidenter prolatæ
juris necessitatem inducere; Hinc cum in præsentia &
aucto-

1546.

auctoritate Principis, ejusque conscientia fundamen-
tum decisionis collocet L. 19. C. de testam. huic omnino
standum. Nec enim hic agitur de testimonio ferendo,
ad veritatem voluntatis probandam, de hac enim satis
constat ex ipsa testamenti scriptura, a testatore confe-
cta vel subscripta; sed tantum de solennitate supplenda
per praesentiam Principis; Solennia autem in univer-
sum omnia, uti ex mero legislatoris arbitrio depen-
dent, ita ab eodem quoque pro arbitrio suppleri possunt.
Et pro hoc sententia concludit Dn. Tabor *de testam. Prin-*
cip. oblat. C. 6. §. n. Et emphatica sunt verba, quae habet
Salicet ad L. 19. C. de testam. n. 9. quando dicit: *Quoad*
essentiam & perfectionem testamenti sola Imp. praesentia sufficit,
adeo, ut soli Imp. testimonio debeat stari, & etiam habeatur
pro publicato.

Quid si quis
nuncupative
coram Princeps
testari velit?

S. XIII. Alia ratio foret, si quis nuncupative co-
ram Principe testari vellet, ubi omnino solius Principis
praesentia non sufficeret, cum hic non de solemnitate solum,
sed de veritate voluntatis quaestio foret; hinc Secretarii
advocandi, qui praesente Principe voluntatem testatoris
exciperent. Licet ego non existimem, hunc morem nun-
cupative coram Principe testandi fundamentum in L. 19.
C. de testam. habere, utpote quae unice de testamento
scripto seu precibus inserto agit. Et quis tandem ita
molestus foret Princi, ut patientiam tantam ab eo
desiderare vellet, audiendi ultimum elogium, & patiendi,
ut se praesente hoc ex ore testatoris calamo excipiatur.
Quamvis si Princeps hanc patientiam praestare vellet,
nemo de valore testamenti dubitare posset, cum ipse sit
fons omnis jurisdictionis, & hinc coram ipso gesta non
minori

16
minori pondere gaudere debeant, quam quæ coram in-
feriore judice expedita, per d. L. 19. vers. sicut ergo.

*An sufficit testa
oblatio Principi
facta?*

§. XIV. Cum autem hoc testamentum fide &
Conscientia Principis nitatur, omnino sibi cayeat hoc
modo testaturus, ne acquiescat solo oblationis facto,
sed simul perspicue exponat, in charta oblata suum
contineri testamentum, quod principi hac ratione offer-
re velit. Quod si enim simpliciter Chartas quasdam
Principi offerat & has ipsi commendet, ut in archivo re-
condantur, sed testamenti in specie mentionem non fa-
ciat, vitiola erit insinuatio, nec sustinebitur testamentum,
ut ut post mortem in Archivo Principis sine alio vito re-
pertum sit. Res hæc meretur, ut sequenti Responso
declaretur,

Fallit Petrus

Hat Sempronius ein Fürstl. Minister seinen letzten willen
entworfen / auch solchen ein halb Jahr vor seinem Tode
dem Landes Fürsten eingehändigt / und zwar der ge-
stalt, daß er S. Fürstl. Durchl. ein Paquet versiegelt ü-
berreicht / mit vermelden / daß weil er seines Alters hal-
ben vielleicht diese Welt baldt würde verlassen müssen /
Er dieses Paquet, darinnen etliche von Sr. Fürstl.
Durchl. ihm vormahls anvertraute Sachen befindlich /
denen er einige privata, so ihm Sempronio ins besondere
angingen / beygefügter / zu rückgegeben / und deroselben
de meliori recommendiret haben wollte / wie nun ohn
längst Sempronius in bey seyn Thro Fürstl. Durchl.
verstorben / und Sie nicht erwehnet / daß einig Testament
bey derselben verhanden / jedoch 2. Stunden hernach des
verstorbenen Schwestern anmelden lassen / daß Sie das
Paquet eröffnet / und darinnen des defuncti disposition
gefunden / ließen also vernehmen / ob die Schwestern ver-
langen

langete / daß solche Disposition in der Fürstl. Canzley verwahrlich niedergeleget / oder denen andern des defuncti verschlossenen Sachen beygefugt werden möchte/ darauff allererst diese Disposition in der Canzley bis zu erfolgten publication hinterleget worden/ nach mehrern Innhalt eures uns zugeschickten Berichts und der Beylage.

Ob nun zwar (1) Sempronius seinen letzten Willen mit einer Hand verfasset / und unterschrieben / auch darinnen nicht allein die Solennia interna quoad Heredis institutionem observit/ sondern auch (2) die Clausulam Codicillarem hinzugesetzet / wodurch der gemeinen Meynung nach der defectus solennitatum ersehet wird / über dem (3) der Testator in solchen Testamente seinen gnädigst. Landes Fürsten unterthänigst ersuchet / durch dero Landes Fürstl. Macht und Gewalt über diese seine letzte Verordnung und Willen alles ernstes zu halten / und die Witwe als Erbin dabey kräftig zuschützen/woraus/ quod per has preces testamentum Principi oblatum sit / geschlossen werden möchte / zumahlen (4) Sempronius das Testament selbst benebst einigen Fürstl. Acten Ihro Fürstl. Durchl. versiegelt zugestellet / und daben erwehnet / daß darinnen etwas von seinen PrivatSachen verhanden/ welche Er Ihro Fürstl. Durchl. bestens recommendiret haben wollte / daraus eine implicita oblatio testamenti zu schliessen seyn scheinet / welche deshalb vor gültig zu achten / weil nicht unbekandt / quod valeat heredis institutio implicita / per relationem ad certam schedulam facta

per L. 10. pr. ff. de condit. instit.

L. 38. ff. de Condit. & demonstrat.

Mantica de Conjectur. ultim. volunt.

Lib. 4. Tit. 3. no. 10. & seqq.

Wie denn (5) in testamento Principi oblatu die Rechte nicht erfordernd/das der Testator mündlich den Fürsten seine Angelegenheit eröffne/ sondern es ist genug/ wenn solches nur in denen precibus Principi oblatis geschehen/

*per L. omnium 19. ibi. Inserta mera fide precibus G. de
Testam.*

(6) auch Ithro Fürstl. Durchl. Die demselben recommendirte
Privat Sahe / und das darunter verstandene Testament von dem
Testatore , mit eigenen Händen angenommen / und verwahret
auch nach dem Ende desselben solches denen Interessenten eröffnet/
danun dergestalt die oblatio , acceptatio , & publicatio ex ipsa
principis confessione ganz unläugbar / so scheltet solches Testa-
ment dem ersten Ansehen nach beständig zu seyn.

*Rationes deck-
dende*

Dennoch aber und diemal (1) der Testator am Ende seiner
disposition selbst gedencet / daß Er dieselbe bey der Fürstl. Regie-
rung insinuaret habe / solches aber nicht geschehen (2) die darinnen
geschehene unterthänigste Ansuehung / daß Sr. Fürstl. Durchl.
über solches Testament halten möchte / pro oblatione Principi fa-
cta nicht geachtet werden kan / weil nicht gebethen worden / daß
Ithro Fürstl. Durchl. solches Testament annehmen / sondern daß
Sie über die bey der Regierung insinuerte disposition halten und
die Witwe dabey schützen möchte / da nun keine insinuation bey der
Regierung erfolget / so kan auch das Ansuchen über die insinuerte
disposition zu halten von keiner Würckung seyn / (3) sonst aber
in facto nicht dargethan / daß dieses Testament per preces oder li-
bellum supplicem dem Fürsten übergeben worden / welches den-
noch von unterschiedenen Dd. erforderet wird

in d. L. C. de Testam.

Tabor. de Testam. Princ. Obl. cap. 5. §. 9.

(4) und obgleich einige Dd. der Meynung seyn / daß solche oblatio
auch wohl mündlich geschehen könne / so ist dennoch zum wenigsten
nöthig / daß der Testator dem Principi entdecke / daß Er seinen
lesten Willen offerire / und demselben anzunehmen bitte / derglei-
chen in diesen Fall nicht geschehen/ derowegen auch (5) da ein Für-
ste nicht weiß / was ihm offeriret wird/ von ihm nicht gesaget wer-
den kan / quod testamentum ignorantis Principi oblatum , ejus
conscientiam teneat , wie doch abermahl erforderet wird

in d. L. 19. ibi Conscientiam Principis teneat.

(6) und ist über dem Recht/ensquod in testamenti factione nul-
lus

1550.

PRINCIPI VEL JUDICI OBLATO.

19

Ius auctus extraneus intervenire debeat.

L. 21. §. fin. ff. quiteftam. fac. poſſ.

L. 21. C. de teſtam.

Daher um ſöbel weniger ein testamentum coram Princi-
pe inter alia negotia incidenter gemacht werden kan / und zwar
vhne einige Benennung eines Testaments / welches dem Berichte
nach / in gegenwärtigen Fall geschehen / da Sempronius seinen
Landes Fürſten die von demſelben in Händen gehabt Briefſchaff-
ten wege des besorgenden Eodes- Falles zurück gegeben / und zugleich
gebeten / daß Ihr Fürſtl. Durchl. die dabey befindl. Privat Sa-
chen derſelben möchte recommendiret ſeyn laſſen / woraus zur
Gnige abzunehmen / daß der Aetus teſtandi nicht principalis,
ſondern plane accessorius ſey / und dahero nur in terminis gene-
ralibus & ambiguis davon Erwehnung geſchehen. Zu geschweigen
daß (7) Ihr Fürſtl. Durchl. da dieses geschehen / mit dem Te-
ſtatore gar allein geweſen / und ſelbst nicht eimahl zu der Zeit erfah-
ren / daß Ihr ein Testament insinuirt würde / vielweniger Sie
dasselbe / als ein Testament in dem Archiv beylegen laſſen / welche
Scientia Principis, & ut poſtea Archivo idem inseratur, von dem
meiſten Doctribus erfordert wird.

per d. L. 19. iki Nobis mediis & toto jure (quod in no-
ſtris & ſcriniis) teſte ſuccedit.

Derowegen von welchen Testament ſo wenig der Fürſte ſelbst
alß deſten Scrinia Wiffenſchafft haben / ſolches pro testimonio ſuc-
cēdonis nicht angezogen werden mag.

Hierwieder auch nichts verfangen kan / was vorhero loco ra- Reffonſo ad pa-
tionum dubitandi angeführt. In maſſen (1) nicht genug / daß tiones dubitan-
der Defunctus ſeinen leſten Willen mit eigener Hand unterschrie- di.
ben / und darinnen einen gewiſſen Erben benennt / wenn nicht die üb-
rigen Requisita juris hinzu kommen / idem en m est non velle,
vel non legitime velle, unde ex ſcriptura defuncti cui juris
auctoritas deſt, nec princeps hereditatem capere potest,
§ fin. Inſt. quibus mod. Teſtam. infirm. (2) Dergestalt auch die Clausu-
la Codicillaris von keiner Würfung iſt / weil bey der produciriſen
disposition nicht eimahl die requiſita Codicilli vorhanden / wel-
ches

C 2

ches

ches alsdann nothig ist / wenn solche Clausula bestehen solle.

Carpz. lib. 6. Respons. 7. n. 12.

(3) Kann auch die in Testament geschehene Ansuchung das Sr. Fürstl. Durchl. darüber halten möchten / pro ejusmodi precibus, quales in L. 19. C. de testam. requiruntur nicht gehalten werden/ weil in gedachten textu das Testament denen precibus inseriret seyn muß /

ibi. insertum mer a fide precibus

oder es muß durch eine Supplication dem Fürsten übergeben / oder sonst deutlich zu seiner Wissenschaft gebracht werden.

ibi. quod per Supplicationem nostris auribus intimatur.

Welches alles in diesen Fall nicht geschehen / wie denn auch der Defunctus laut producirier Disposition nicht einmahl der Meynung gewesen / daß Sr. Fürstl. Durchl. solches Testament annehmen möchte / sondern es hat der Regierung insinuirt werden sollen / und über dieses der Regierung insinuirtes Testament sind Thro Fürstl. Durchl. zu halten angesethet worden / da nun die insinuatio bey der Regierung nicht erfolget / so können auch die darauß sich gegründete preces von keiner Wirkung seyn/wie oben Ratione decidendi 2. angeführt. (4) Vielweniger kan hieselbst eine mündl. oblatio testamenti coram Principe erwiesen werden/ inmassen Sempronius mit keinen Wort gedacht/ daß er Thro Fürstl. Durchl. hiermit sein Testament offeriren wolle / es haben es auch dazumahl Thro Fürstl. Durchl. selbst nicht gewußt / daß unter denen zurückgegebenen Fürstl. Briefschafften ein Testament verhanden / kan also solches ad Testamentum implicitum oder relativum keines weges gezogen werden / weil daselbst expresse gedacht werden muß / quod in schedula certo loco recondita contineatur ejus testamentum , wie wohl ohne dem die meisten Dd. darinnen eing / quod ille modus per relationem testandi nuncupative non procedat, quod prolix probat

Manz. Tr. de Testam. valid. Tit. 4. qv. 2. n. 33. seqq.

Was (5) angeführt / ist an sich rechtens / es folget aber in diesen Fall an der application, in dem allhier keine preces vorgezeigt werden können vermittels welcher Sempronius seine dispo-

fiction offeriret / precibus ergo tam scriptis quam ore prolati quibus Principi testamentum oblatum sit , deficentibus , ipsa testamenti corruit insinuatio , derowegen (6) nicht gesaget werden mag / daß solches Testament a Principe angenommen ; denn weil Ihto Fürstl. Durchl. nicht gewußt / daß unter denen Sachen ein Testament verhanden / so können Sie auch keinen animum gehabt haben / solches Testament anzunehmen oder zu approbiren / cum ignorans nec agere quicquam , nec consentire censeatur .

L. Nec ignorans 10. C. de Donat. & ibi Dd.

Consil. Argentor. Vol. 1. Cons. 24. n. 87.

und obgleich in testamento scripto die Zeugen ebenfalls nicht wissen was in Testament enthalten / so müssen Sie dennoch wissen / daß dasselbe / was Sie unterschrieben ein Testament sey / zumahlen Sie insonderheit zu Unterschreibung des Testamens müssen gebeten seyn / deshalb auch die nach her erfolgte publicatio solcher Disposition keine Kraft beylegen kan / cum quod ab initio vitiōsum ex postfacto non possit convalescere .

L. 29. ff. de R. 7.

und ist die sola confessio Principis post mortem disponentis facta nicht zureichend / denen heredibus ab intestato das per mortem erworbene jus quæstum aufzuheben /

per L. Nec avis 4. C. de Emancip. liber.

Sie erscheint daraus so viel / daß die oft berührte dispositio on pro testamento Principi oblato seines weges bestehen könne .

B. R. W.

§. XV. Cæterum si dubitetur , annon insinuatio testamenti apud Principem demum post mortem testatoris facta , quæritur , annon cautelæ loco delatio juramenti adhiberi possit , ut juret ille ex heredibus scriptis , qui facti notitiam habet , testamentum testatore mortuo demum Principi insinuatum fuisse ? Sane cum ex conscientia Principis , ut aliquoties dictum , fides hujus testamenti dependeat , non videtur herendum con-

*Annon super
insinuatione le-
gitime facta ju-
ramenti dela-
rio locum ha-
beat ?*

C 3 scien-

*ANTRIO DE ELEGATO sic legi sic sibi huiusq[ue] iuris
TITULUS*

scientia hic executienda esse : attamen circumstantiae possunt concurrere, ex quibus, non legitime factam esse insinuationem, haud obscure colligi posse, quod si nihilominus a Principe attestatum in insinuationis post mortem defuncti impetraverit heres, hoc pro sub- & obreptitio reputandum, tanquam ad importunas preces extortum: ut ergo contra rescripta Principis hujus generis exceptio sine injuria Principis admittitur per L. 7. C. de Precib. Imperat. offer. L. 2. C. si contra jus. L. 3. C. Eod. ita & hoc casu heredi remedium juris non denegandum. Hinc in casu superiori ita responsum est ab eodem Collegio Wittenbergensi Anno 1691. Ist des defuncti Bruder oder Schwester vorhabens der Witwe des Sempronii den End darüber zu deferire / ob nicht die angezogene disposition erßlich nach des Sempronii Tode Ihrer Fürstl. Durchl. in die Hände gekommen / Sie aber in Beysorge stehen / daß Ihre Fürstl. Durchl. solches ungnädig empfinden möchten / wenn man dero Personliches Zeugniß in Zweifel ziehen wolte ;

Rationes abintendandi

Ob nun zwar pro Principe alle Zeit die præsumtio veritatis & justitiae militaret / um die Aussage eines Reichsfürsten der gestalt verbindlich ist / als wenn sie von dem Kaiser selbst geschehe / Myler ab Ehrenbach. Nomolog. Princip. Imp. cap. 1. §. 7. Et hinc assertioni Principis simpliciter credendum esse dicit Merlin. Decis. Rot. Rom. 535. n. 33. des Sempronii Bruder auch ein Fürstl. Vasall / welchem allerdings seines gnädigsten Herrns respekt und Glauhen nach aller Möglichkeit zu vertheidigen oblieget.

Rationes decidendi.

Dennoch aber und dieweil bey denen Rechts Lehren der gemeine Schluß gefasset / quod Principibus Imperii plena quidem fides tribuenda, nihilominus tamen contra ipsorum dicta aut scripta die probatio in contrarium

rium zugelassen sey / Mynsing. Cent. 4. Observ. 34. n. 5.
 Klock. de Contribut. cap. 7. n. 63. Myler ab Ehrenbach.
 d. l. §. 8. in solchem Fall auch / wo der Gegen-Beweis
 zulässlich ist / die Eydes delation nicht verboten seyn
 kan / cum juramenti delatio sit species probationis, Me-
 vius P. 4. decif. 6. Hartm. Pistor. P. 4. qu. 13. n. 16. seqq.
 und hieraus Seine Fürst. Durchl. eine ungade zufas-
 sen nicht Ursach haben / weil nicht vermutlich / daß die-
 selbe ihren Vasallen und Unterthanen / der beneficio-
 rum juris communis sich zu gebrauchen verwehren
 solten.

So erscheinet hieraus / daß wann gleich J. Fürst. *Decisio*
 Durchl. über obige ganz unsörmliche insinuation ein At-
 testatum ertheilen / und des Sempronii Wittib sich des-
 selben wieder euch gebrauchen solte / ihr die veritatem in-
 sinuationis derselben in ihr Gewissen zu schieben wol be-
 fügt seyd.

S. XVI. Circa modum oblationis testamenti *Antestamen-*
 coram Principe, cautelam hanc adhibendam volunt, ut *tum offerens,*
 testator testibus quibusdam stipatus Principem adeat. *testes adhibere*
Quippe hanc præsentiam testium urgent Bartol. *debeat?* *ad L. 19.*
C. de Testam. n. 1. Jul. Clar. Recept. sent. Q. 56. n. 7. Dauth. de
Testam. ad d. L. 19. n. 3. Hartm. Pistor. P. 3. Q. 28. n. 25.
Castrensi. ad eand. n. 1. & fateretur Gilken. ad b. l. n. 8. finalia
 verba legis Dd. multum negotii faceſſere. Dicitur ibi :
Nec institutus herespertimescat, cum oblatus preces secundum
voluntatem defuncti idoneis testibus possit approbare, si ei alia
nocere non possunt. Ex hisce allegati Dd. concluserunt,
 quod ad minimum duo testes ad probationem insinuationis requirantur Gothofred. *in d. l. inf.* Verum hisce
 repugnat Donellus b. n. 9. qui hanc sententiam falsam. *Negatibus de-*
fenditur.

pu-

putat, quia Imperatori vel Principi oblatum nullas alias solennitates requirit. Quos enim testes illud testamentum ulterius desideret? quod testem habet ipsum Principem ejusq; paraftatas ac scrinia. Petr. Domin. Magdal. de numero testimoniis in testam. P. I. cap. 23. n. 13. Cæterū verba illa dupliciter possunt intelligi. Primum enim inde talis sensus comode resultat: non esse necessarium, ut hisce precibus institutus pertimescat, cū obtineat probationem tam idoneorum testimoniis, eamq; facilem & expeditam: quippe Imperatorem habens conscientiam, præterea tot nobiles & probatas personas. Deinde Dn. Tabor. Diff. ad h. I. cap. 2. n. 15. putat, verba hæc loqui de casu, quo non ipse testator in persona preces suas ultimas Principi obtulerit, sed per alium. Mentem igitur legis esse: etiam hanc oblationem valere, dummodo ex voluntate defuncti facta probetur idoneis testibus, & ei alia non noceant. Hac igitur stante opinione, quæ tamen dubia est, caute facit testator, si prohibeat in persona exhibere Principi ultimas suas tabulas, ex mente horum Dd. testibus ad minimum duobus hoc testamentum Principi offerri curet. Verum cum illa opinio, de testamento Principi per tertium oblato, non omnes habeat consentientes, uti ex §. sequ. apparebit ad hunc singularem casum non applicanda erit Legis nostræ decisio, sed subsistendum in priori explicatione, quod heredi de certitudine voluntatis defuncti pertimescendum non sit, qui ipsum Principem & ejus scrinia in testimonium vocare potest.

De oblatione per tertium facta. §. XVII. Porro quoad modum offerendi testamentum pro cautela necessaria observandum volunt. Dd.

1556

Dd. ut ipse testator hanc oblationem in persona expeditat, nec per alium hoc transmittat, si secus fecerit, hoc testamentum penitus vitiosum esse, Vultej. Vol. 1. Consil. Marpurg. 34. n. 37. Carpzov. P. 3. C. 3. d. 23. Richter P. 1. Decis. 20. asserunt. Verum, uti jam in §. præced. dictum, hæc sententia nullo certo jure nititur, sed dubia ad huc est; nec enim personalem præsentiam urget L. 19. C. de testam. Imo si de cetero certitudo voluntatis defuncti adesset, & Principi constaret, volente testatore sibi hoc testamentum offerri, non dubito Principem hanc præsentiam facile remittere posse. Si enim duos Secretarios Princeps ad ægrotum valide ablegare potest, ut ab eo accipiant testamentum; Cur indulgere ægrotanti testatori non valeret, ut per duos viros fide dignos testamentum sibi offerat. Aliud in judice, qui si de necessitate foret personalis oblatio hic dispensare nō posset, cum hic minister LL. sit, & hinc jus remittendi quicquam circa receptas solennitates non habeat. Verum cum de hoc themate *speciali Dissert.* egerit Dd. Præses, eo Lectorem remitto.

§. XIX. Ulterius ad modum Principi testamentum offerendi exigunt, ut illa voluntas suprema Principi in scriptis offeratur Tabor de Test. princ. obl. c. 5. bet. *Testamentum Principi in scriptis offerendi*
n. 9. quæ sententia inde confirmatur, quia (1) in pr. L. 19. dicitur & requiritur, ut testamentum tale precibus seu libello supplici inseratur, quod proprie ad scripturam pertinet, (2) dicitur, quod scrinio principis inseratur, quod nuncupativæ voluntativix congruit. (3) Rescriptorum Principis ad hanc voluntatem fit mentio. Rescripta vero proprie libellum & scripturam præsupponunt. (4) Non obstat, quod Imperatores in all. L. 19.

D

di-

dicant, se voluntatem talem hominum audire velle. Nam ea verba non nuncupatam voluntatem respiciunt; Sed insinuationem, quod scilicet Imperator repellere nolit testatorem ad se venientem, sed eis, tanquam testamentum offerentis, verba audire velit, ut mox sequentia declarant: *per supplicationem nostris auribus intimetur.* Tabor. d. loc. Non tamen haec ita intelligenda puto, quasi praeter scriptum testamentum praeceps libellus supplex addi deberet; Nam in pr. L. 19. agitur de talibus precibus, quae simul ultimam voluntatem continent: Quod si ergo ultima voluntas separatis conscripta, & ita Principi oblata sit, additis his verbis ac prolatis: *dass er bitte / Ihr Durchl. wolle seinen hierin verfaßten letzten willen gnädigst annehmen / und darüber nach seinen To-des Fall halten / non video rationem, quare hoc testamentum subsistere non debeat:* Aequalis enim hic voluntatis certitudo adest, sive haec precibus inserta, sive per modum separati testamenti conscripta & Principi oblata sit, modo hic illam acceptauerit. Alia ratio est, si nec precibus ultimam voluntatem inseruerit, nec testamentum quoddam domi conscripserit, quod Principi offerre possit, sed integrum suam voluntatem oretenus ipsi exponere velit: *Quamvis enim non defint, qui, & nuncupativum testamentum coram Principe valide fieri posse, existimant.* Conf. Finckelius. alleg. loc. Disp. 3. qu. a. Tertius tamen erit, & cautius testator faciet ad praescindendas & amputandas morosas disputationes, quae desuper institui possent, ut & ad evitandas molestias, quae ita Principi crearentur, si nuncupative ultimum suum elogium ipsi exponere vellet, de quo superius §. XIII. jam quædam attulimus. *neup. 1. lido* §. XIX.

1588

§. XIX. Interim ad testamenti per preces Principi oblati perfectionem non requiritur rescriptum. *An Princeps de
facta oblatione
rescribere debe-
at?*
Principis aut annotatione. In L. 19. hoc expresse constituitur: *Nec sane illud hereditibus nocere permittimus, si re-
scripta nostra nil de eadem voluntate responderunt, additur
ratio constitutionis: Voluntates enim hominum audire vo-
lunus, non jubere, ne post sententiam, inhibitum videatur
commutationis arbitrium.* Interim tamen bene monet Reusner. *Vol. 2. de testam. p. 4. c. 18. n. 13.* de consuetudine & stylo curiali etiam decretum & ad notationem postulari & concedi solere. Quod omnino ad majorem cautionem hujus actus facit. Nam est signum & testimonium, rite factam esse oblationem & receptionem. Reusner. *c. 1.* quam annotationem in exteriori parte testamenti factam alii Opistographum, arg. *L. Chartæ 4. ff.
de Bonor. possess. secund. tabb. Antigraphum, einen Ge-
gen-Schein vocant. Vulgo dicitur eine Recognitione de
facta scil. insinuatione. Tabor. ad d. L. 19. cap. 5. n. 8.*

§. XX. Sed numne opus est, ut Princeps testamentum oblatum & acceptatum scriniis suis inserat seu Cancellariae vel Archivo custodiendum committat? Affirmativa videtur probabilior, & inde in foro securior est, cum scrinia Principis hic inter alia fidem, juncta Principis conscientia faciant. Castrensi. ad d. L. 19. n. 1. hinc ab hac sententia in praxi non facile recedendum. Existimat tamen Dn. Tabor. *d. Tr. c. 6. §. 9.* non necessariam esse illam repositionem in scrinio vel Archivo, quod in puncto juris defendi posse existimo; Nihil enim in d. L. 19. habetur, de necessitate scrinio Principis testamentum committendi, sed hoc tantum per modum argumenti a minori ad maius affertur, quod, sicuti secu-

rus est testator, qui actis cuiuscunque judicis, aut etiam auribus privatorum postremum publicavit judicium; ita nec de ejus successione disputandum sit, *qui nobis mediis & toto jure* (quod in nostris est scriniis constitutum) teste succedit. Unde colligo; si testamentum, quod auribus privatorum publicatum est, sua pollet auctoritate, etiam si hoc in nullo loco publico depositum sit; Cur non etiam fidem mereretur, quod commissum est conscientiae Principis, utpote qui omnis juris moderator est ac arbiter; ut hinc, qui voluntatem Principis pro se habet, etiam juris suffragium pro se habere censeatur; & de hoc jure dicitur, quod in scriniis Principis sit constitutum, non vero, quod ibi etiam testamentum reponeendum sit. Quare si Princeps testamentum sibi oblatum in Conclavi suo retineat, vel literis suis privatis jungat, Er legets in seine Chatoul, nihil inde decedet valori testamenti. Quamvis cum hic potissimum exponamus, quid tutius cautiusque sit, melius sibi consulat testator, si Archivo inseri curet, & inde, ut supra dictum scriptum quandam recognitionem petat.

*De facultate
revocondi hoc
testamentum.*

§. XXI. Quod tandem attinet revocationem testamenti modo jam dicto Principi oblati, illa testatori pariter libera manet, quam si alias testamentum condidisset, non obstante, quod Princeps de oblatu & acceptato testamento rescriperit, & promiserit, darüber in allen Stücken zu halten: Hoc enim intelligendum est, modo testator morte sua hoc testamentum confirmaverit, nec illud mutaverit, quod innuunt clara verba d. L. 19. C. de Testam. quando Imp. dicit: *ita demum firmum fit*, si ultimum comprobetur, *nec contrajudicium suum defunctus postea venisse detegatur*, h. e. nisi aliud testamentum

1560.

ftamentum postea condidisse, aut prius mutasse probetur. Quapropter non opus est, ut Principis consensus ad mutationem hujus testamenti exigatur, non enim hanc licentiam testatori suo rescripto adermit, aut adimere potuit, cum moris Imperatorii non sit, juri alicuius præjudicare *L. Nec avus 4. C. de Emancip. lib. etiamsi ipse Princeps in eodem testamento heres scriptus esset L. 6. C. qui testam. fac. poss.* An autem sola repetitio testamenti pro mutatione reputanda, inferius circa testamentum Judici insinuatum occurret.

§. XXII. Sufficiant hæc de testamento Principi *Testamentum
Principi vel a-
dū oblatum in
plerisque con-
veniunt.*
oblato, ubi quæ adhuc desiderari poterunt, ex illis quæ de testamento judiciali jam adducenda, decisionem recipient, cum in plerisque, inter se convenient. Cui ergo copia adeundi Principem non datur, & istas solennitates ordinarias evitare cupit, illi satis cautum est, si Judici testamentum obtulerit. Ubi iterum de qualitate Judicis, & modo vel in scriptis vel orerenuis ipsi expōnendi ultimam voluntatem, agendum est.

§. XXIII. Quoad personam Judicis certum est, *Sufficit inferior
Jurisdicō.*
non attendi ejus eminentiam, an major ille sit, an minor, quod ex *L. 19. C. de Testament.* liquido probatur, ubi mentio fit *cujuscunque Judicis*, ut hinc nec dubitandum sit, etiam coram Magistratu municipali insinuari posse testamentum: Licet enim iure Romano municipiorum *De Magistratu
jurisdicō* valde fuerit restricta per *L. ea qua 26. & L. 28. ff. municipali.*
ad municipal. quia tamen actorum confiendorum p otestatem habebant *L. 2. C. de magistrat. muni.* etiam testaments illis oblata subsistent, ob generalitatem *d. l. 19.
C. d. testament.* Quod in municipiis Germaniæ eo evi dentius est, cum vix ulla civitas municipalis detur, quæ

D 3

non

non ad minimum gaudeat jurisdictione inferiori vel civili.

*Etiam sufficit
bassa jurisdi-
ctio.*

*Quid si Senatus
sola jurisdictio
ne Criminali
gaudent?*

*Jurisdictio esse
debet ordinata.*

*An sufficit re-
stricta jurisdi-
ctio?*

§. XXIV. Non itaque necessum est, ut Judex ille omnimoda jurisdictione gaudeat, sed sufficit modo civilem habeat, quo nomine veniunt die Unter-Gerichte oder Erb-Gerichte. Comprehendit enim inferior jurisdictionus usum Germaniae omnem jurisdictionem civilem sive mixtum imperium; testamenti autem insinuatio negotiorum mere civile est, quod non coram alio, quam civili Judice expediri debet. Unde si casus occurrat, ubi Senatui oppidano criminalis jurisdiction, alii autem adhuc constituto Praetori jurisdictionis civilis a Principe commissa sit, non coram Senatu, sed coram hoc Praetore testamentum insinuandum erit. Aliud si ipse Praetor jurisdictionem ex delegatione Senatus exerceat, ubi cum radicaliter jurisdictionis civilis apud Senatum manserit, non dubitandum est, tam coram Senatu, quam Praetore testamentum insinuari posse.

§. XXV. Probe autem hic attendendum, jurisdictionem civilem illi Judici, ubi testamentum insinuandum, ordinario jure competere debere; Unde non coram Commissario vel delegato hoc expedire poterit nisi in specie ad actum testandi delegatus sit; quippe alias suorum commissionis limites excederet, quod ipsi permisum non est. Sed quid de illis Judicibus, qui ad certa causarum genera restrictam jurisdictionem habent, an coram illis testamentum insinuari possit? Tactum est hoc dubium superius §. V. & affirmativa eo minus dubia videtur, partim quod in d. l. 19. cujuscunque judicis fiat mehtio; partim quod ex omnium confessione testamenti insinuatio fit voluntariae jurisdictionis, & hinc

co-

1562.

coram quovis, etiam incompetente Judice, expediri pos-
sit, præsertim cum causæ cognitionem non requirat.
vid. Carpz. p. 3. Decis. 293. n. 10. & seqq. Mev. P. 3. Dec.
195. Berlich. P. 3. Concl. 3. n. 42. Wesenb. Conf. 78. n.
24. Richt. P. 1. decis. 30. n. 29. & seqq. Verum inde Negotia de-
penduntur.
non inferendum est, quod ea propter coram illis Judici-
bus, qui restrictam ad certas causas jurisdictionem ha-
bent, testamentum insinuari posit: ipsa enim restri-
ctio ad certas causas, excludit potestatem recipiendi te-
stamenta. Hinc utut Collegio opificum quædam com-
petat jurisdictione, hæc tamen cum ad negotia suæ artis
restricta, testamentum à futoro, collegio futorum obla-
tum, adjectis precibus, ut ad acta sua recondat, daß sie
es in ihrer Lade beylegen möchten bis nach seinen Tode /
pro invalido pronunciavit Facultas juridica Franco-
furtana. Add. Lauterbach disp. de voluntar. Jurisd. th.
20. Carpz. P. 2. C. 6. d. 10. Idem dicendum de aliis colle-
giis, utut in negotiis sibi commissis ampliori jurisdi-
ctione gaudeant; cum enim hæc jurisdictione suos ha-
beat limites, non extendenda illa erit ulterior. Ex. gr.
jurisdictione forestalis non trahenda ad negotia civilia;
nec domanialis seu cameralis. Ut ut ergo hic urgere
soleant; si nulla competentia exigitur, nec ad qualita-
tem jurisdictionis respiciendum, sed sufficit, quod in
Judice testamentum recipiente aliqua jurisdictione adsit?
Verum respondeo, in actibus voluntariae jurisdictionis
non requiri competentiam Judicis respectu personarum
negotium celebrantium, bene tamen requiri eandem
respectu causæ ibi peragendæ. Sic actus emancipatio-
nis sine dubio est voluntariae jurisdictionis, & sic du-
Resolutioni du-
bium.
bium non est, illam fieri possè coram judge incompe-
te;

te ; attamen in §. 6. *Inß.* *Quib.* mod. pater pot. *solv.* dici-
tur, quod pater ad *competentes Judices* vel *Magistratus* ire
debeat. Idem repetitur in §. 8. d. t. ubi si pater filium
in adoptionem dare velit , *apud competentem Judicem* id
manifestare debet; ex quibus locis clare evincitur, *Judi-*
cis competentiam eatenus exigi, ut *habilis sit ad hoc ne-*
gotium, scilicet ut coram eo posit *esse Legis actio* ;
non vero ut *competens sit intuitu patris emancipantis*
vel in *arrogationem dantis*. *Quapropter vix cautus est*,
qui in insinuando testamento hoc negligit.

Valeat insinua-
tio Superioris
coram inferiori

§. XXVI. De cætero autem cum testamenti in-
sinuatio, utijam dictum, voluntariae jurisdictionis sit.,
hoc inde consequitur, superiorem etiam coram inferio-
ri *Judice* testamentum offerre posse ; unde exempla
non desunt, ubi *Principes*, coram *Magistratu* oppidano
civitatis cuiusdam imperialis testamenta sua deposue-
runt ; quod etiamsi fecissent coram *Magistratu* *civita-*
tis municipalis, nihilo minus validum mansisset testa-
mentum. Pari ratione Professor coram *Senatu*, & ci-
vis coram *Rectore Academiæ* insinuare testamentum,
valide potest, nisi pacta inter hæc collegia quondam i-
nita, resistant : novi enim exemplum, ubi inter *Acade-*
miam & *Senatum* solenniter conventum erat, ne hic
civium academicorum, illa vero *civium oppidanorum*
testamenta recipere, sub pœna nullitatis. Quo ipso tra-
men non præclausa est via, exterorum testamenta re-
cipiendi, cum ejusmodi pacta non extendenda ad ca-
sum, de quo nihil conventum.

De testamento
Nobilis in pago.

§. XXVII. Ex hoc principio soquitur porro,
quod si testator judicium ordinatum per scultetus &
scabinator sub se ein besetztes Dorff Gericht habeat,,

CO-

1564

coram eodem judicio pagano ipse suum testamentum insinuare possit. Utut enim hic non pauci dissentiant, qui ejusmodi Judicibus paganis omnem jurisdictionem denegant Berlich. P. i. decif. 93. Attamen nos hic casum supponimus, ubi vel illis jurisdictionis inferior competit, veletiam ubi hoc judicium a Nobili plenajurisdictione gaudente constitutum est, tunc enim illa jurisdictione non est Sculteti & Scabinorum sed ipsius Nobilis, qui hos judicij assessores elegit, quibus communiter judicij directorem vel actuarium præficere vel adjungere solet, coram hoc itaque judicio Nobilis recte testamentum suum insinuat. Hinc cum anno 1690. nobilis quidam J. de V. testamentum coram sua præfectura insinuasset, & hoc postea in dubium vocatum esset, ita responsum est a Collegio juridico almæ Fridericianæ mens. Maj. anno 1697.

Responsum.

Wenn gleich eingewand werden möchte / daß der testator solchen seinen letzten willen nicht coram Judice competente, sondern vor seinen eigenen Gerichten insinuaret / und also der actus testandi einiger suspicion unterworffen zu sein scheine. Weil aber dennoch bekandt / daß die testamenti insinuatio ein actus voluntariæ jurisdictionis ist / welcher zu seiner subsistenz keine competentiam Judicis erfordert / sondern auch coram incompetente, imo in proprio judicio beständig expediret werden kan. L. An apud se 5. ff. de manumiss. vindict. l. 2. pr. ff. de offic. pro-Conf. Daher die Dd. in terminis consentirent / quod sustineatur testamentum Nobilis coram suo Sculteto & Scabinis insinuatum. Hartm. Pistor. l. 3. qu. 9. n. 19. Carpz. p. 3. const. 3. def. 14. Berlich. p. 3. concl. 4. n. 35. gegenwärtiges Gerichte auch stark genug besetzt gewesen / indem sieben Mannes-Personen sich dabei zugegen gefunden/derer Zeugnis an sich ad testamentum genug ist/sonsten auch quoad materialia testamenti kein vitium befindlich / indem die Kinder ingesamt/ honorabili institutionis titulo eingesezt/ und denen Töchtern de jure ein mehrers nicht / als die legitima gebühret/

E

endo

endlich auch die clausula codicillaris mit hinzu gesetzet/ wodurch die sonst bey einem testament befindliche Mängel ersehet werden können.

So erscheinet daraus allenenthalben so viel/dass solches testament mit Bestande Rechtes nicht impugniert werden könne/ sondern vor beständig zu achten sey.

An sufficiat
oblatio soli ju-
dici facta?

S. XXVIII. Caveat autem testator, ne soli Judici testamentum offerat. Evidem non ignotum est, dissentire inter se Dd. an solius Judicis præsentia sufficiat, an etiam Assessoribus opus sit? Prius à Carpzovio asseritur *in pr. for. P. 3. C. 3. d. 15. & Respons. Elect. lib. 6. tit. 6. Resp. 12.* & quidem propterea, quod in *l. 19. C. de testam.* nil aliud requiritur, quam ut voluntas actis cuiuscunque Judicis publicetur, nulla Scabinorum aut Assessorum mentione facta. Hinc & Besoldus *in Thes. pract. voc.* Gerichts-Acta, Acta judicialia definit; Quæ continent gesta inter litigantes coram Judice, adeoque negotia, actis insinuata, & omnia, quæ facta sunt in judicio, vel quali quali judicii forma, aut in præsentia Judicis facta, & manu scribæ ad hæc jussu Judicis deputati scripta. Nec deest etiam Carpzovio præjudicium Dnn. Scabinorum Lipsiens. So wäre angeregte Ordnung/ als ein testamentum judiciale so coram Actis aufgerichtet/ zu Recht fräffig und beständig. Und möchte dahero/ dass der Schöffer damahls allein gewesen / und keine Gerichts-Personen mehr bey sich gehabt/ nicht angefochten noch hinterzogen werden. vid. Carpz. *all. Resp. 12.* ubi refert, ita etiam pronunciari in supremo Appellations Senatu, qui Dresdæ est. Nihilominus huic Carpzovii sententiæ acriter obstant dissentientes, Berlichius *P. 7. Dec. 85. Finckelthus. Obs. 63.* ubi non solum Facultatis Juridicæ Lipsiensis, & Scabinatus Hallensis præjudicia pro

Negatib[us] sen-
tentia præfer-
tur.

1566.

pro se allegant; sed etiam haud ineptas rationes afferrunt. Nec enim argumentum a Principe ad Judicem inferiorem procedit; illius major auctoritas est & fides; hic facilius amicitia vel odio ductus, corruptioni locum relinquere solet. Cum igitur hoc in utramque partem ventiletur, optime sibi consulet testator, si in præsentia aliquot Assessorum Judici suum testamentum offerat: Vel ad minimum Actuarii præsentiam exspectet, quo ab hoc, præsente Judice, Actis inscribatur.

§. XXIX. Sed quid si duo ex Assessoribus vel Scabinis adfuerint, numne tunc etiam Actuarii vel Secretarii judicij præsentia urgenda? Qui hoc affirmant, configiunt ad l. 19. C. de testam. ubi dicitur, quod ille securus fit, qui Actis cujuscunque Judicis, suæ mentis postremum publicavit judicium; Actis judicialibus autem conficiendis, plerumque adhibentur Scribæ, Notarii, Libellenses. vid. Perez. ad tit. C. de Tabell. n. 2. Ergo sine his testamentum non potest dici plene perfecte que apud Acta confectum esse. Alii autem necessariam hoc casu præsentiam Actuarii aut Scribæ judicij negant, quia in legibus illud requisitum non invenitur, nec fingenda sunt nova testamentorum impedimenta, quæ jam tot aliis scrupulositatibus involuta. Hinc teste Carpzovio, Scabini Lipsienses responderunt, valere testamentum coram duobus Scabinis factum, et si præsens non fuerit Notarius sive Actuarius P. 2. Dec. 48. *Jurispr. For. P. 3. Conf. 3. Def. 32.* Poterit enim committente Judice, unus ex Scabinis Actuarii vices supplere, & testamento oblato inscribere, quæ alias pro more illius Judicij inscribi solent. Verum cum & sic ex diversis hisce opinionibus prolixæ disputationes & protestatio-

*An preter Assessorum etiam
Actuario opus
sit?*

nes oriri possint, optimum est, si testamentum offeratur in præsentia Actuarii, qui apud nos speciali juramento adstrictus est, ut omnia in judiciis occurrentia fideliter ad acta referat.

*Non opus est, ut
coram judge
Leres expres-
se nomineatur.*

De prælectione.

*An testamen-
tum scriptura*

§. XXX. Non autem necessarium est, ut testator voluntatem suam ultimam claris verbis exprimat in judicio, quem sibi heredem, vel cui quid legatum velit, sed sufficit, si testamentum domi conscriptum & absolutum Judici offerat, & in illo ultimam suam voluntatem contineri, testetur: aliud si nuncupative testari velit, ubi omnino necessarium est, ut voluntas ultima ex ore testatoris distincte excipiatur, & libro judiciali inseratur. Atqui de hac specie loqui videtur Berlich. P. 1. Decis. 85. n. 12. quando inquit: *quod autem ejusmodi te-
stamentum coram Judge & ejus Assessoribus factum, de ne-
cessitate per Actuarium publicum in Scripturam redigi & ad A-
cta referri debeat; nec aliter quam per publicam Scripturam
probari possit, experientia testatur, per l. 19. C. de testam.* Nam Jure Civili testator securus esse jubetur, si coram actis Judicis suam voluntatem comprobavit; quod vero Scriptura judicialis accedere, & sine illa hoc testamentum nullum esse debeat, hoc neque in d. l. 19. neque in aliis textibus sanctum legitur, sed sola Judicis auctoritas sufficere dicitur. Et tali casu prælectionem non esse necessariam, si testator heredem suum claris verbis nominet, & reliqua testamenti sui capita Judici manifestet, plerique Dd. concludunt, vid. Wurmser. Lib. 1. tit. 39. Observ. 5. n. 16. quia in d. l. 19. sufficit ultimæ voluntatis publicatio coram Actis facta, hinc nec scriptura, & per consequens, nec prælectio necessaria est.

§. XXXI. Quid autem, si testator suam voluntatem

im-

1568.

implicite & per relationem ad obsignatam Scripturam Judici aperiendum? oblatam declaraverit? Tunc tenorem talis testamenti Judici prælegendum, scripturamque resignandam esse existimat Vultejus *Conf. Marpurg. Conf. 34. qu. 1. n. 1.* nititur autem ille textu legis 19. C. de testam. ubi ad hoc testamentum ultimæ voluntatis publicatio necessaria prohibetur. Ast hæc sententia a plerisque rejecta est, quia voluntatem suam publicat testator non solum explicite nuncupando heredem, & omnia testamenti capita prælegendendo, sed etiam quando implicite hoc facit, testamentum clausum producendo, illudque testamentum suum nuncupando, & heredem in eo scriptum successorem suum designando. Richter *P. I. Dec. 30. n. 16.* Berlich *Concl. pract. p. 3. concl. 4. n. 26.* Carpzov. *I. 6. tit. 2. Resp. p. vers. 10.* Mevius *ad Jus Lubecens. p. 2. art. 2. tit. 1. n. 148.* Quanquam autem hæc sententia verior sit, & in praxi præ altera obtineat; merito tamen Dd. excipiunt casum, si testator plane rudis & literarum ignarus, adeo, ut neque literas scribere neque legere sciat. Hoc casu omissam prælectionem testamentum vitiare respondeunt Scabini Lipsienses, his verbis: Ob nun wohl sonst die Eröffnung und Ablesung eines Gerichtlichen Testaments zu Recht unnöthig se. Dieweil aber dennoch eurem Bericht nach der Testator weder schreiben noch lesen können se. Dannenhero diffalls nicht weniger als bey eines Blinden Testament vor nöthig erachtet wird/ daß solches zuvor/in beyseyn der Zeugen oder Gerichte/dem Testatori vorgelesen/und seine Meinung darüber erkundiget werde &c. vid. Carpz. part. 2. *Dec. 149.* Quomodo enim unquam de voluntate testatoris certus esse poterit, vel Princeps vel Judex, si hunc

E 3 testa-

*Quid si testa-
tor literarum
imperitus sit?*

testamentum legere non potuisse sciat: Si dixeris: Forte & hoc ipsi ab alio prælectum: Regero: Forte & hoc cum omissione certorum punctorum factum fuit, quæ favorem prælegentis concernunt, & testatore inscio inserta. Quare hic prælectio non omittenda, sed omnia remedia adhibenda, ut de voluntate vera testatoris exacte constare possit: Voluntatis enim defectum nulla alia supplere potest cautela vel clausula salutaris.

An testamentum coram testibus offerendum?

§. XXXII. Illorum vero cautela plane abundans est, qui requirunt, ut à testatore Judici elegium suum oblaturo adhibeantur duo testes. Salicet, *Com. Cod. ad l. 19. n. 7. Anton. Faber in Cod. lib. 6. tit. 5. de fin. 23. Anton. Merenda Controv. illustr. lib. 3. c. 47.* Nam superfluum est privatum testimonium, ubi publica monumenta sufficiunt *l. 31. C. de Donat.* Testamentum enim judiciale pro teste habet ipsa Acta, quorum auctoritas privatorum testimoniū fidem supplet. Gestā siquidem, quæ sunt translata in publica monumenta, ne publica pereat fides, perpetuam habere debent firmitatem *l. fin. C. de re judic.* Præterea in alleg. *l. 19. C. de testam.* plena securitas promittitur illis, qui actis judicis suum insinuant elegium. Cessat etiam hoc casu ratio legum, quæ jubent testes adhiberi ad fraudes & falsitates excludendas. Schurff. *Cent. 2. Consil. 71.* Sanctitas vero judiciorum & legalitas harum personarum judicialium facit excludi omnem præsumptionem malitiæ & fraudis, quæ alias in testamentis obrepere facile potest. Denique praxis Cameræ Imperialis hoc dudum comprobavit, ut testamentum Judici oblatum validum sit, licet nulli privati testes adhibiti sint. Mynsing. *Cent. 6. Observ. 29. n. 5. Richter P. I. Dec. 30. n. 3. Mevius ad Ius Lubec. p. 2. art. 2. tit. 1. n. 72.*

1570.

n. 72. Consil. Argent. *Consil. 60. n. 44.* Nam si de insinuatione post mortem moveatur dubium, fides protocolli judicialis aderit, ex quo veritas insinuationis à testatore factæ abunde probari potest: Imo & ipsi involuero testamenti manu Iudicis vel Actuarii hodie inscribi consuevit, quod scilicet testator hac die inferius expressa in curia comparuerit, & hanc ob signatam chartam Judici obtulerit, addita expressione, quod in illa suum contineatur testamentum, & hinc se petere, ut ad Acta reponatur? Licet hoc præcise necessarium non sit, modo ex actis aliter hac de re constet. Postea etiam addi solet petitio, ut super facta insinuatione Recognitio judicialis expediatur. Hoc si factum sit, quis adhuc testes ad docendam insinuationis veritatem desiderabit?

§. XXXIII. Hoc nihil refert quo tempore vel die *Insinuatio eti-
am die feriato
fieri potest.* insinuatio testamenti judicialis fiat: Quamvis enim Pruckmann. Vol. II, *Consil. 1. n. 221.* existimet, diebus feriarum testamentum insinuari non posse; ratio tamen ab ipso suppeditata, quod tempus ad solennia pertineat, & hinc negligi non debeat, nullo textu probata est, quia nec in testamento extra-judiciali ullibi requiritur, ut die non feriato fiat. Quapropter cum voluntariae Jurisdictionis sit testamenti insinuatio, nihil obstabit, quo minus die feriato hic actus expediri poscit Hahn. *ad Wesenbec. tit. de Feriis. n. 5.* Barbosa *ad l. 3. n. 1. C. de Feriis.* Rick. *de Union. Prolium cap. 6. n. 27.* Cui accedit, quod saepius testamenti oblato moras non admittat, ob dubium testatoris ægrotantis statum: Jam vero in rebus moram non ferentibus, feriarum exceptio attendi non solet. Hinc si quis forte in conventu Ecclesiæ in morbum incidat, &, dum adhuc sacra celebrantur, proximis sibi asidentibus septem masculis voluntatem ultimam

ex-

exponat, hanc subsistere docet Petr. Dominic. Magdal. Capiferr. Tr. de Num. test. in Testam. part. 1. c. 26. n. 4. & seqq.

An testamentum domi insinuari posse?

S. XXXIV. Quodsi testator morbi inclemens prematur, ut Judicem adire nequeat, nec etiam spatum suppetat, solenniter testandi, tunc domi hoc expidre potest, vocato ad se Judice cum Scabinis. Ut enim non desint, qui hanc judicialiter testandi formam impugnent Vultejus Vol. 1. Consil. Marpurg. 34. n. 55. Gilken ad l. 19. C. de Testam. n. 15. quia Judex extra judicij locum tantam auctoritatem non repræsentat, quæ fraudis suspicionem arceat, Carpzov. alleg. Respons. 12. n. 26. & quia Judex extra locum judicij pro privato reputandus sit, & hinc nec ipsius testimonium pluris valeat, quam alterius testis privati. Verum plerisque placuit, in domo decubentem coram Actis testari posse jure Civili, si Judex cum Assessoribus adsit, prævia speciali ad illum actum rogatione, Welenbec. in Paratit. de Test. num. 10. Klock. Tom. III. Consil. 107. n. 17. seqq. Befold. Consil. Tubing. 126. n. 13. Nam ea, quæ sunt jurisdictionis voluntariæ, etiam de plano extra locum judicij expediri posse, clari juris est l. 2. C. de Emanc. nec ideo minorem auctoritatem judicialem, in actibus scilicet justitiæ rite obitis, Judex meretur & obtinet. Mevius ad Jus Lubec, part. 2. tit. 1. art. 2. n. 116. Berlich. part. 3. Conclus. 4. n. 10. Reusner. de Testam. part. 4. c. 19. n. 16. In primis vero clare hoc asseritur in Constit. Saxon. 3. P. 3. & confirmatur hoc præjudicio apud Richter. P. 1. Dēc. 30. n. 21. Ob wohl eßliche Rechts- Gelehrte in der besondern Meinung seyn / daß vor Gerichts- Personen außer dem Gericht / ein Testament apud Aeta aufgerichtet werden könne / oder auch dasselbige ohne andere Zeugen verrichtet werden möge; So ist doch die wiedrige Meinung die gemeinste und be- währt.

1572.

währteste / dahero auch der Richter auf euer Ansuchen &c. Ergo
secure etiam in domo testatoris Iudici testamentum of-
ferri potest.

§. XXXV. Hoc casu autem, si quis domi judicia-
liter testari velit, pluribus cautionibus opus est, ne
postea in dubium vocari posse ultima voluntas. Cau-
tus itaq; sit testator, ut judicem legitime ad actum te-
standi privatim expediendum, imploret: Nam si Iudex
non imploratus ad ædes ejus accederet, & ita testamen-
tum ab ægrotante reciperet, hoc pro judiciali subsiste-
re non posset. Bechmann *ad tit. ff. qui testam. fac. poss. ob-
serv. pract. 15.* Hic autem insigne dubium se ficit, an im-
ploratio Iudicis præcise ab ipso testatore fieri debeat,
an vero sufficiat, si alius ejus nomine Magistratum im-
ploraverit ad alegandos deputatos? Ratio dubitandi
in hoc consistit, quia si per alium rogatio expediatur,
semper incertum manet, an hoc voluntate testatoris
factum sit, vel non? Verum sufficere hic rogatio-
nem per alium nomine testatoris factam recte defen-
dit Dn. Harprecht. *Diss. de Testam. Judic.* §. 6. ubi dicit, re-
quiiri, ut testator vel ipse, vel alius ejus nomine Magistra-
tum imploret. Idem admittit Carpzov. *P. III. C. 3. D. 20. n. 4.*
ibi: *Sed necesse est, ut Senatus vel Iudex ipsem et a testato-
re, vel alio ejus nomine, rogatus.* Nec quicquam noce-
re poterit, sive tertius ille oretenus sive per literas a se
scriptas Magistratum nomine testatoris imploret; quod
enim oretenus nomine testatoris legitime potest ex-
pedire, cur non idem posset per literas, *arg. l. Non fi-
gura. 38. ff. de Obl. & Act.* Et tandem quicquid circa
hanc rogationem per tertium factam desiderari posset,
hoc omne purgatur sufficienter, si comparentibus lu-

F dice

*Iudex legiti-
me imploran-
dus.*

*An imploratio
illa per tertium
fieri possit?*

*Quid si per
literas?*

dice & Assessorebus pro hoc officio gratias agat & voluntatem suam exprimat, sibi propositum esse, coram ipsis ultimam suam voluntatem exponendi; ex quo satis apparet, illos voluntate testatoris acceritos esse. Quod si regeratur tertium, qui per literas à se subscriptas Magistratum implorat, potuisse faciliter negotio has literas imploratorias testatori offerre, ut ab ipso subscriberentur: Respondeo forte infirmitas testatoris hoc non admisit; & deinde, si forsan quis suspicari velet, hunc tertium, testatorem ad testandum induxit, non difficulter etiam illum ad subscriptionem talium literarum induce reportisset. Non itaq; ex rogatione Magistratus, sed ex voluntatis ultimæ expositione coram Magistratu, vel nuncupative vel per oblationem testamenti jam conscripti facta, valor hujus testamenti aestimandus.

An iudex incompetens ad hocari posse?

§. XXXVI. Annon autem hic pro cautela observandum, ut ad hoc negotium imploretur Iudex illius loci competens, an vero etiam incompetens æquali efficacia adhiberi posse; hoc dependet ex eodem fundamento, quo superius assertum, posse testamentum, cum voluntariæ jurisdictionis sit, etiam coram quocunq; Iudice ratione testatoris incompetente offerri. Nec enim ratio valida dari poterit, quare in testamento domi confecto, aliud obtinere debeat. Quodsi urgeatur, hoc quidem admitti posse, si Iudex incompetens in eodem loco degat, ubi testator commoratur, e.g. Si studiosus testamentum conditur ad se vocet Magistratum oppidanum, vel Civis Magistratum Academicum: hoc autem majoris momenti esse, si forte Nobilis in pago testamentum conditur ad se vocet Magistratum oppidanum vicinæ civitatis, cui tamen jurisdictione nulla in isto

1574.

isto pago competit, sed illa Domino pagi, apud quem forte commoratur ægrotus, jure feudi concessa sit, anno tunc sustineri posit testamentum? Certe Iudex extra territorium constitutus privati personam induit, arg. l. fin. ff. de *Jurisdictione*, & ibi Dd. & hinc actum, qui auctoritate judiciali opus habet, expedire nequit. Verum hoc ad actus contentiosæ Jurisdictionis tantum pertinet, nam illa, quæ voluntariæ jurisdictionis sunt, etiam extra territorium expediri posse, receptissima Dd. sententia est Gail. lib. 2. Observ. 39. in fin. Knichen de *Jure territor. cap. 1. n. 372.* Berlich. P. I. Dec. 29. n. 8. Covarruy. lib. 3. Resol. ult. n. 8. pro qua sententia facit textus in l. 2. ff. de *Offic. Pro-Consul.* Ubi Pro-Consul, postquam urbem egressus, contentiosam jurisdictionem non habet, habet tamen voluntariam. Hinc apud Pro-Consulem etiam in illa provincia, quam fortius non est, manumitti potest l. 36. §. 1. ff. de *Adoption.* Ut ergo Praeses illius Provinciæ hoc ægre ferre nequit, si alius, qui ibi nulla jurisdictione gaudet, actum voluntariæ jurisdictionis expedit, nec nostri Magistratus hoc ægre ferre debent. Unicum tamen est, quod regerere possent; sed hoc modo damnum sportularum sentire, si extraneus Iudex advocari, & coram eo testamentum insinuari possit? cum tamen hodierna Jurisdictione sit patrimonialis. Vid. Bachov. ad Part. I. ff. Tit. de adopt. Cap. de Communibus utriusque speciei n. 17. in fin. Respondeo, inde nullitas testamenti resultare nequit, præsertim si de sportulis satisfactio præstetur, aut tandem ipse Iudex loci non contradicat Iudici extraneo, testamentum recipienti. Et hanc sententiam pro Iudice extraneo pluribus deduxit Carpz. P. III. Dec. 293. n. 10. seqq. ubi in fin. sequenti modo

F 2

*Quid si alterius
territoriis
sit?*

*Dubium resol.
bitur.*

à

à Scabihu Lipsiensi responsum esse refert: Dieweil aber dennoch dergleichen insinuatio testamenti ein bloßer Actus voluntaria Jurisdictionis , welche nach gemeinem Wahn der Rechtsgelehrten auch extra territorium exerciret werden mag / über dñs auch bekannten Rechtens / daß Testamenta bey einem fremden Richter hinterlegt werden mögen. So mag diesem nach selbiges Testament dahero / daß die Gerichte zu Drebach dem Diath zu Unneberg nicht zuständig / nicht umgestossen werden. Alium casum , ubi quis Senatum Tbingensem in pagum evocaverat, ut ibi testamentum reciperet, adducit Dn. Harprecht de Testam. Judic. §. 2. ubi simul defendit, posse Civem Tbingensem Scabinos ex civitate Uracensi insuas ædes, quas Tbingæ habet, vocare , & coram illis testamentum validissime confidere.

An opus sit deputacione?

§. XXXVII. Iam porro observandum, quid circa personas Iudicii , coram quibus testandi actus domi expediendus caute attendendum sit. Postquam itaque imploratus est Iudex vel Magistratus, certa deputatione opus est illarum personarum, qui actui interesse debeant: Quodsi enim aliqui Senatores vel Scabini speciatim rogati sint à testatore, & ita ad actum testandi convenient, testamentumque recipient, hoc de jure non subsistet Mevius ad Jus Lubecens. part. 2. tit. 1. art. 2. n. 137. Berlich. part. 3. Concl. 4. n. 16. Harprecht Conf. Tbing. 54. n. 42. Richter part. 1. decis. 30. n. 12. Quodsi tamen ipse Iudex in persona hoc officium subire, vel etiam Consules civitatis ipsi se eo conferre velint, non opus erit alia deputatione , dum enim apud hos jus deputandi consistit, ab aliis ut deputentur , necessum non habent.

Quot personæ ex judicio deputanda?

§. XXXVIII. Circa numerum personarum deputandarum etiam non convenient; nam utut Dd. adflint, qui

1576.

qui coram solo judice , coram tribunali sedente offerri
valide testamentum posse statuunt , de quo dictum est
§. 28. ; attamen agnoscunt ipsi aliam rationem esse , si
hic actus in privatis ædibus expediendus , ubi nulla au-
toritas judici vel negotio ex loco accedit , sed fides ex
pluralitate personarum petenda , ad removendam o-
mnem fraudis suspicionem , quæ in privatis ædibus
committi posset , de quo pluribus videatur Carpzov.
Lib. VI. Respons. 12. n. 15. seqq. , quapropter necessarium
reputatur , ut Iudex cum Scabinis ad actum testandi se
conferat , per claram Constitutionem *Saxon. III. part. III.*
& ibi Carpzov. *Defin. 17.* , quodsi tamen ipse Iudex nego-
tio adesse velit , sufficit unum adhibuisse Scabinum. Ubi
observanda est diversitas allegatae Constitutionis Saxo-
nicæ ; nam latina versio Iudicis & Scabinorum mentio-
nen facit Germanicum autem exemplar , Iudicis men-
tionem omittit , & exprimit tantum der Gerichts-Pers-
sonen/so von Gerichts wegen zu dem Kranken geschickt/
hinc si Scabini deputati sint , Iudicis præsentia opus non
est , Carpzov. *Part. III. Conf. III. Def. 17.* Si ergo Iudex ipse
ægrotum adire nolit , sufficere credo , si Scabinum uni-
cum cum Notario judicii ableget Carpzov. *P. III. C. III.*
Def. 18. licet in Electoratu Saxonie hoc per Decisionem
noviss. 73. immutatum , ubi ad minimum duo Scabini
præter Notarium ablegari debent , cuius rationem
hanc reddit Philippi *Obser. I. ad d. Dec. 73.* quod Actuari-
us non contineatur sub nomine , der Gerichts-Perso-
nen/quia hujus officium tantum consistit in dirigendis
& perscribendis actis : Cui merito reponimus , si fides
actorum dependet à fide Actuarii , qui speciali jura-
mento ad hoc obstrictus est , cur non illi etiam fides
testa-

testamenti privatim coram deputatis judicii attribuenda; unde omnino sufficere poterit unius Scabini & Actuarii praesentia. Ad mores tamen clyjusvis loci respiciendum, uti monet Mevius P. II. tit. I. art. 2. n. 133. Hinc ubi mores praeceps Actuarii praesentiam non exigunt, quae tamen exigitur in Saxonia, ibi duos Senatores vel Scabinos ablegasse sufficit Mevius d. l. n. 134. hinc testamentum tale sustinetur, etiam si Notarius nullus adfuerit Carpzov. P. III. C. III. d. 32. Tutius tamen est hujus praesentiam non negligere.

Potest voluntatem suam in scriptis offerre.

Testator per alium allegari potest Judicem?

§. XXXIX. Si hi deputati ad testatorem venerint, liberum testatori manet, an oretenus voluntatem ultimam exponere, An testamentum antea conscriptum ipsis offerre velit, addita contestatione, in illa scriptura ultimam suam voluntatem contineri. Nec praeceps opus est, ut ipse testator verba ad deputatos judicij faciat, vel sua manu manibus deputatorum tradat, sed sufficit, si per alium se praesente hoc expediat, & verba ab hoc facta, vel sponte, vel per interrogacionem Scabinorum, ratificet. Ita enim usu receptum est, ut Scabini denuo interrogent testatorem, an haec ejus ultima voluntas sit? quodsi testator perspicue affimet, nullum de voluntate testatoris dubium remanet. Et notum alias est, si quis nuncupative coram Notario & septem testibus disponere velit, permissum esse testatori, per alium, cui antea sententiam suam expresserat, dictari testamentum posse, quodsi hic testamenti capita absolverit, Notarius aegrotum interrogat, prævia prælectione, an haec ipsius constans voluntas sit? quo affirmante, salva res est, & nemo eapropter dubium movere solet, quod non ipse testator, sed alius ultimam hanc voluntatem dictaverit, qua de re extat clara

ra Constitutio Saxonica Part. III. Conf. 5. Carpzov. P. III.
Conf. III. Def. 27. ubi in specie hoc etiam in judiciali te-
stamento obtinere docet.

§. XL. In eo autem cautus sit testator, ne testa-
mentum offerat coram aliis deputatis, qui membra
Magistratus non sunt, cum enim hi deputati judicium
præsentare debeant, membra judicij esse debent. Hinc
ut ut Magistratus alias personas hac expressa declara-
tione deputaverit, se testamentum perinde habere vel-
le, ac si ipsem testator id actis publicis insinuasset, si
hac declaratione Magistratus contentus, testator testa-
mentum condat & mittat in judicium, imprudenter,
facit, quia pro judiciali testamento haberi non potest.
Nec obstat, quod Magistratus præsentiam illam testa-
tori remiserit; Nam Iudex, qui non arbiter, sed mi-
nister juris est, aliam formam, quam Legibus præscri-
pta est, negotiis dare valide non potest. Et Prætoris
factum juri derogare non oportet L. I. §. 1. ff. de fer. Hinc
tale testamentum nullum pronunciarunt Lipsienses a-
pud Berlich. Dec. 94. & Carpzov. P. 3. C. 3. Def. 24. Ex quo
fundamento etiam illorum sententia defendi potest,
quod Rector Academiæ à testatore ad actum testandi
imploratus, non posset Professores Extra-Ordinarios
cum Secretario ad illum actum allegare, quia illi mem-
bra Senatus Academicus non sunt, hinc ad Actus Ju-
diciales ablegari non possunt. Dn. Harprecht. de Testam.
Judic. §. 15.

*Deputati de-
bent esse ex
ipso judicio.*

§. XLI. Quodsi hac ratione Senatores vel Scabini
voluntatem testatoris vel calamo exceperint, vel in scri-
ptis oblatam acceptaverint, horum jam officium exi-
git, ut illud mox in Curiam referant, atq; vel in exterio-
ri

*Deputati testa-
mentum ad a-
cta referre de-
bent.*

ri parte testamenti, postquam illud novo involucro si-gillo Senatus munito commiserunt, inscribant diem & locum factæ oblationis, vel etiam hoc ordinario judicij Protocollo inferant, ut inde postea veritas factæ oblationis doceri posit. De eo autem casu acriter controvèrtitur: an, si testator præter deputatos judicij adhibuerit etiam Notarium cum testibus, & ita his præsentibus actum testandi coram Senatoribus expediat, postea vero Senatores illi, cum testibus testamentum vel Notarii Instrumentum subscrivant, annon ita à voluntate judicialiter testandi discedatur? Sane fateor mixtam quasi formam hoc testamentum habere, & inde pro pure judiciali hoc vix reputari posse. Verum ut alias notum est, illa quæ abundantis cautelæ gratia adhibentur non vitiare actum I. 17. C. de Testam. I. 65 ff. de V. o. Carpz. lib. III. Resp. 81. n. 8. Menoch. lib. 6. præsumt s. n. I. Mascard. de Probat. Conclus. 117. n. 18. Ita nec hoc casu testes præter necessitatem adhibiti, invalidum reddere possunt testamentum, præsertim, si ipse Notarius attestetur, testamentum hoc in præsencia horum testium, Consulibus vel Senatoribus ad illum actum specialiter rogatis fuisse oblatum, ut ab his ad acta Civitatis reponatur. Forte enim testator, vel ejus Consulens in illa opinione fuit, testamentum non per se Iudici valide offerri sine præsencia testum, quod requisitum à multis exigi, licet frustra, jam superius §. XXXII. adductum est. Quod ergo illorum opinionem secutus, adhibuerint testes, hoc fecit, non ut judiciale testamentum everteret, sed ut heredem ab inani litigio, quasi hoc requisitum omissum esset, liberaret.

An testator

§. XLII. Illud etiam ad superfluas cautions pertinere

tinere videtur, quando nonnulli exigunt, testatorem coram deputatis subscribere debuit?

judicialiter in domo sua coram Iudice & Scabinis ad id rogatis testamentum conditum, debere illud testamentum subscribere in præsentia Iudicium. Addunt nonnulli, etiam Iudices præsentes subscribere debere. Vid. Vultejus Vol.1. Consil. Marpurg 34. n. 40. Verum in nulla legge hæc requisita deprehenduntur. Et cum in l. 19. C. de Testam. securus ille jubeatur esse, qui in cujuscunque iudicij Actis declarat voluntatem suam, illaque in vim judicialis testamenti subsistat, quid opus est, hic amplius urgere testatoris vel Iudicium subscriptionem. Eleganter hoc confirmat Mevius Consil. 40. n. 107., quæ verba, quia totam hanc materiam egregie illustrant, adducere hic non grave erit: *Si que non ad probatioñem necessaria sunt, seu sine quibus fides testamenti appareat, illa non requiruntur in testamento apud Acta confecto.* Quippe quod Vasilius de Success. lib. 2. §. 14. n. 25. ait, *informe esse, & rectum in terminis Juris Gentium, atque præter legitimam probationem aliud nihil desiderare.* Quando ergo ad hanc sufficit, Testamentum coram iudicio dicere, in tabulis suum comprehendi. Testatricem coram iudicio dicere, in tabulis suum comprehendere. Igitur satis caute testator hoc casu testamentum condit, licet subscriptionem in præsentia Iudicium non faciat, aut Iudices petat, ut illi subscribant.

§. XLIII. Hac occasione hic casus non omittendum, an, si testamentum extrajudicialiter non jure conditum, hoc postea plenum robur recipiat, si à testatore actis insinuetur? Nullum hic super esse videtur dubium,

G

De testamento illegitime condito, & postea actis oblato.

um,

um; cum enim hæc oblatio per se vim & efficaciam habeat sustinendi testamentum, nil amplius referre videatur, qua ratione illud antea conditum fuerit. Verum, admitto hoc, si de nudo solennium defectu quæstio sit, quem facile supplet insinuatio judicialis: Quodsi autem prius testamentum variis laboret falsitatibus, & hæ in testamento oblatu non emendentur, sed scriptura hoc vitio laborans judicii insinuetur, insuper etiam manifesta præsumtio inductionis ad actum testandi concurrat, aliud dicendum est: Hinc in casu proposito ita respondit Collegium Juridicum Academiæ Fridericianæ Mens. Febr. 1699. Hat Frau M. S. F. V. R. gebohrne Gräfin von R. ein Testament aufgerichtet darinnen sie ihres Herrn Brüder hinterlassene Gräflichkeiten übergangen und ihren Gemahl zum Erben eingesetzt / auch solches Testament durch einen Notarium vollenzichen lassen / jedoch ist der actus nicht an selbigen Tage / Ort und Stunde / wie der Notarius gesetzt / vollenzogen sondern des Tages hernach von der Testatrix in denen versamleten Raths- & Persohnen auff dem Rath-Hause insinuirt worden / daher gefragt wird: Ob solche disposition als ein letzter Wille de jure bestehen und erhalten werden könnte? Ob nun wolle einem jeden testatori freygelassen / ob er schriftlich oder mündlich testiren wolle / indem beyderley modi testandi in denen Rechten zu gelassen / s. fin. Inst. de testam. Constit. Maximil. de Anno 1512. tit. von Testamenten in princip. Hiernecht auch niemand an der einsmahl erwehlten forma testandi dergestalt gebunden / dass er solche nicht hinwieder fahrene lassen und eine andere erwehlen könnte / cum nemo legem sibi dicere possit, a qua recedere non valeat, L. si quis in Princ. 22. ff. de legat. 3. Zumahlen ein jeder testator ein bereits vollenzogenes testamentum nuncupativum zu rücke legen und ein anders in Schriften versetzen kan / indem bekand / quod voluntas testatoris sit ambulatoria usque ad mortem, L. 4. ff. de admend. legat. Welches auch statt findet / wenn gleich eine

Casus.

Quæstio.
*Rationes dubi-
candi.*

1582

eine clausula derogatoria darbey annexiret worden / daß er auff
keine andere / als diese Art testiren wolle / cum nemo censeatur
illam viam elegisse , per quam judicia ejus subverti possint ,
L. 3. ff. de testam. milit.

Weil aber dennoch billig ein Unterscheid zu machen unter dasse ^{Rationes deci-}
jenige was einem testatori zu unterschiedener Zeit / oder auch in
unterschiedenen actibus & instrumentis vergönnet ist / auff wel-
chen Fall libera voluntas diversam testandi formam zu er-
wählen / oder ein testamentum nuncupativum in ein schriftli-
ches zu ver wandeln / nach denen vorher angezogenen juribus zu re-
feriren ist . Und unter dasjenige / was in uno eodemque actu
zu thun erlaubet ist / da demn befandt / quod unus idemque a Etus
duplici iure censeri aut diversitas circa eandem rem induci
non debeat , Card. Tusch. Prätz. conclus. lit. D. concl. 518. &
quod unus quisque viam , quam semel elegerit , ambulare de-
beat , per L. 21. §. fin. ff. quod met. caus. Scau. de appellat. Q. 17.
limit. 9. n. 45. & hinc eadem viam quoque ambulasse præ-
sumendus fit , cum voluntatis mutatio non præsumatur ,
L. qui voluntarem 22. ff. de prob. Cap. quod semel. 21. de Reg. Jur.
in 6to. und aus dem sejigen uns überstandnen Testamente der F. V.
R. am hellen Tage lieget / das Sie coram Notario & testibus ih-
ren letzten Willen auffrichten wollen / wie solches nicht allein ex in-
gressu , sondern auch ex conclusione testamenti der Augenschein
zeiget / und pro omni instrumento tali die præsumtio veritatis
& solennitatis so lange militiret / bis das contrarium erwiesen
worden / *L. optimam. 14. C. de contrab. stipul.* hingegen solcher Beweß /
das die requisita testamenti nuncupativi nicht adhibiret worden /
durch aller angegebenen Testaments Zeugen schriftliches Geständ-
niß offenbarh ist / weil keiner von denen selben an dem Orte und
Stelle zu der Zeit gewesen / wie es der Notarius in seinem Instru-
ment verzeichnet / viel weniger Sie die Worte / so der Notarius
in sein instrument gebracht / aus ihren Munde gehöret ; Da nun
solches Testament auff die Art und Weise / wie es angegeben /
nicht verfertigt ist / und also solches eine manifestam falsitatem

G 2

in

in sich hält / so müssen hieselbst die bekanten jura allerdings Statt finden / quod instrumentum ex parte falsum in totum censetur falsum, Menoch. de praeurat. lib. 5. pres. 21. n. 3. Trentacinqv. Lib. 2. de fide instrum. resol. 11. n. 3. und hindert diesem nicht / daß gleich wol die Fr. Testatricin des andern Tages hernach das von Notario entworffene Testaments instrument auff dem Rath-Hause selbst insinuiren / wodurch es seine neue subsistence dem Ansehen nach bekommen / zumahlen da noch dazu die clausula codicillaris hinbei gesfüget / welche den defectum solennium in testamentis bekanten Rechten nach suppliret / inmassen da die Haupt-Stücke solches Instrumenti falsch seyn / daß nemlich die Zeugen zu der Fr. Testatricin auff den obern Schloße erforderet / ingleichen falsch / daß Sie daselbst ihren letzten Willen angehört / ferner falsch / daß solches damahls von, denen Zeugen besiegelt und unico contextu unterschrieben / unmöglich ex tali instrumento falso ein Testament entstehen / oder d clausula Codicillari einiger effect bengeleget werden kan ; Wie den auch die nullität durch die erfolgte insinuation nicht gehoben worden / indem bekant / daß durch solche insinuation ein mehres nicht / als der defectus solennium externorum suppliret wird / cum acta Judicis fidem faciant si ne omni teste L. 19. C. de testam. & ibi Dd. Reines Weges aber solche dergleichen Wirkung haben kan / daß dadurch ein Instrumentum per se falsum & vitiosum sollte eine neue Kraft erlangen / cum nec confirmatio Principis actui nulli auctoritatem tribuat , aut novum aliquod jus indulgeat , sed actum in illo statu , quo est , tantum approbet , arg. Cap. i. X. de confirm. util. & ibi Barbos. Schrader de feud. p. 5. c. 2. n. 32. Calvalho Tr. de quart. ad Cap. Raynutius p. 2. n. 371. Daher die Fr. Testatricin anderweit coram Senatu Rechts beständig testiren wollen / ihr obgelegen nicht ein Instrumentum Notariale falsum zu insinuiren / sondern remoto hoc instrumento entweder ein anders zu offeriren / oder mündlich Ihren letzten Willen daselbst zu eröffnen / nam referens se ad instrumentum falsum , retulisse se ad hoc censetur cum omnibus suis vitiis , relatum enim est , in

1584.

in referente cum omnibus qualitatibus , L. Affe 1010. 77. ff. de
bered. instituend. Tiraq. de LL. connubial. gloss. 7. n. 183. & seqq.
So erscheinet hieraus allenfalls so viel / daß dieses Testament die *Deciso.*
jure nicht bestehen könne / sondern solches vor nichtig zu achten sey.

S. XLIV. Cum autem in prædicto casu inter
alia occurreret quæstio ; Annon ad minimum ex eodem
testamento heres impetrare posfit immisionem ex L.
fin. C. de Edict. D. Adrian. sequenti modo responsum est cod.
De immisione
ex L. fin. C. de
Ed. D. Hadr.
Mens. Febr. 1699. Ob wol bey gegenwärtigen Testament kein vi-
tium visible vorhandenzuseyn scheinet / in dem dasselbe si wol von
der Testatrix und ihren Curatore , als auch von 7. Zeugen un-
terschrieben und gesiegelt / quibus solennibus , in oculos incur-
rentibus adhibitis , immisio ex L. fin. C. de Edict. Div. Adrian.
Statt findet. Weil aber dennoch eben diejenigen Zeugen derer
Unterschrift bey dem Testamente befindlich / unter ihrer Hand und
Siegel bekräftigen / daß zu der Zeit / und an dem Orte / wo se-
cundum literam testamenti die Unterschrift geschehen seyn soll /
Sie gegenwärtig nicht gewesen / sondern Sie die Unterschrift des
andern Tages auff dem Raht-Hause verrichtet / und solcher Gestalt
darauf aller Dings ein vitium visible durch conserirung des at-
testati mit dem Testamente entschent / daß nehmlich dasjenige was
quoad solennia in Testamente enthalten / falsch sey / quando
vero ex testamento apparat , formam in jure præscriptam non
fuisse observatam , tunc censetur adesse vitium visible. Richter
ad L. ult. C. de Edict. Div. Adrian. requisi. 4. n. 3. pag. 178. Imo etiamsi
vitium non directo in oculos incurrat , si tamen hoc in conti-
nenti doceri posfit , reputatur id pro visibili , hoc effectu , ut
impeditur immisio in possessionem ex beneficio d. l. ultimæ.
Menoch. remed. 4. adipisc. possess. n. 730. & 751. Sichard. ad d.
L. ult. n. 17. C. de Edict. Div. Adr. Hart. Pistor. p. 4. qu. 10. n.
14. seqq. Richt. d. Requis. 4. verl. ex eadem fereratione p. 185.
an welcherley Beweis es hieselbst nicht erlangt / sondern solches
durch der Testaments Zeugen eigenes Geständniß genugsam darge-
than ist. So kan daher die gesuchte immisio in bona defunctæ

G 3

ex

*ex L. ult. C. de Edict. Div. Adr. hieselbst nicht Statt finden.
B. R. W.*

§. XLV. Hæc sufficient de modis testamentum judiciale valide cauteque condendi; super est ergo, ut dispiciamus, quomodo iterum infirmari posit? Evidem modi quibus testamenta coram testibus priuatis condita rumpitur, irritave sunt, hic etiam obtinent. Hinc etiam revocare aliquis potest testamentum, licet Judici oblatum & jam tum ad acta relatum. Nam voluntas hominis in testamentis condendis indistincte ambulatoria est usque ad mortem L. 4. ff. de adim. legat. Quare, licet in testamento Judici oblatu, Judicis auctoritas magna sit, vim tamen immutabilitatis huic non addit, nec facultatem illud mutandi excludit arg. l. 19. C. de testam. ibi: ita demum firmum sit, si ultimum comprobetur, nec contrajudicium suum defunctus postea venisse detegatur. An vero pro revocatione testamenti sit reputandum, si testator hoc ad acta depositum repeatat, & ad se recipiat? Non convenienter inter se Dd. Affirmativam tuerit Finkelhaus. Obs. 12: quia testamentum ab actis remotum & à testatore receptum mutationem voluntatis inducere videtur. Hinc in L. 18. C. de testam. dicitur, quod testamentum judiciale in eodem loco reservari debeat, nempe Judicij; hinc si ex hoc loco dimoveatur, auctoritatem suam perdere censetur. Accedit, quod destruetis & remotis solennibus, quibus testamentum constabat, voluntatis arguatur mutatio & corruat universa rei substantia; Nihil enim tam naturale est, quam ut eo modo quicquam dissolvatur, quo colligatum est. L. nihil tam naturale. 35. ff. de Reg. Jur. Adducit etiam præjudicium Facultatis Lipsiensis, ubi expresse hoc confirmata-

*An testamentum
judiciale
relocatum cen-
seatur, si testa-
tor illud ex iu-
dicio recipiat?*

1586.

matur: Ob nun wol H. sich nicht erklärt / daß er solch testament casfiret / auch nach Absforderung kein anderes gemacht / und nach seinen Tode dasselbe in seiner Verwahrung / in einem Convolut Briessen / so Er zusammen gerottet und gebunden / unter des Raths und Richters / des einen Schöppen und des Notarii Siegeln und subscriptionen / richtig befunden worden / und allein des andern Schöppens Siegel im zusammenbinden abgesprungen / jedoch dessen subscription richtig / inmassen dieser Gerichts- Schöppen seine Hand darunter recognosciret ic. Dieweil aber vermeldeter H. sein gerichtlich hinterlegtes Testament avociret und abgesodert / und durch solche Absforderung dasselbe seinen effect und Wirkung verloren / und vor casfiret zuachten / so ist auch dasselbe testament / der verlorenen solennität halber / nemlich wegen solcher von H. aus den Gerichten beschenen Absforderung / casfiret und vernichtet. ic.

S. XLVI. Contraria vero sententia, & quod testamentum judiciale a testatore ex Actis receptum, si illud integrum & saluum apud testatorem maneat, & post mortem ejus ita reperiatur integrum, adhuc valeat, nec per solam receptionem testatoris revocatum videatur, placet Berlichio *Concl. pract. p. 3. concl. 4. n. 46.* quia in *L. 19. C. de test. securus* dicitur, qui Actis cuiuscunque Judicis ultimum suum publicavit judicium; Deinde in legibus nunquam dispositum invenimus, quod testamentum tale semper in Judicio permanere debeat. Nec adest semper præsumtio, quod animo annullandi testamentum repetierit. Nam si hunc habuisset, haud dubie per resignationem aut cancellationem illum prodidisset. Imo si ex hac receptione testamenti aliqua ori-

*Contraria sen-
tentia defendi-
tur.*

retur voluntatis mutatae præsumtio, illa contraria fortiori ex testamento integro usque ad mortem asservato desumta elideretur. Nam & optima illa ratio prohibetur esse, quæ in dubio, pro conservando testamento assumitur L. 10. pr. ff. de inoff. test. L. nulli, 28. pr. C. de Episc. & Cler. hinc in dubio pro testamento, non contra illud præsumendum est Wesenbec. Vol. 2. conf. 85. n. 47. Quam sententiam in judicando multos secutus esse, Berlich. cit. loc. n. 47. 48. pluribus testatur.

*Consultum est,
ut hoc casu a-
docans teſta-
mentum ex ju-
dicio mentem
suam declareret.*

§. XLVII. Cum igitur decisio hujus casus dubia & perplexa sit, optime ac caute testator valori ultimæ suæ voluntatis consulere potest, si in receptione testamenti judicialis mentem suam declareret, an testamentum revocatum velit nec ne; aut etiam, ut tale testamentum resignet, incidat, cancellet. Omnes euim, hi modi, ut & expressa declaratio voluntatis optimum remedium præcavendis litibus suppeditant. Berlich. d. l. n. 53. Carpzov. P. 3. Conf. 3. def. 30. Besold. P. 4. Conf. 144. n. 33. ibi: Es wäre denn genugsam beyzubringen / daß die Testirerin / bey Abholung dieses Testa- mens / vor Gericht sich erkläraret / daß Sie es al- lerdingß wiederrussen haben wolle re.

S. D. G.



halle, Diss., 1702 STRYKII

VD-18

ULB Halle
001 957 899

3



5b. -> 00

Farbkarte #13



B.I.G.

2. D. B. V.
DISSE¹⁷⁰²RTATIO JURIDICA
DE

TESTAMENTO PRINCIPI VEL JUDICI OBLATO,

Quam
ANNUENTE DEO O. M.

Rectore Academiæ Magnificentissimo
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

DN. FRIDERICO WILHELMO,
REGNI BORVSSICI, ELECTORATVS ET PROVIN-
CIARVM BRANDENBVRG. HEREDE

&c. &c.

In Academia Regia Fridericiana

PRÆSIDE

DN. SAM. STRYKIO, JC^{to},
SERENISSIMI AC POTENTISSIMI REGIS BORVSSORVM
CONSILIARIO INTIMO, PROFESSORE PRIMARIO, ET
FACVLT. JVRIDICÆ ORDINARIO,
PATRONO SVO ÆTERNVM
COLEND^O,

IN AUDITORIO MAJORI,
D. Sept. Anno O. R. cl^o Icc II.
placide publiceque ventilationi subicit

JO. FRIDERICVS BASTINELLERVS,
HAT. MAGD.

Literis Orphanotrophii.

